DISPUTATIO INAUGURALIS
De
ATTENTATIS
APPELLATIONE
PENDENTE,

Quam
Divina annuente Clementia
ex Decreto
Magnifici Nobilis & Ampliſſimi JCtorum Ordinis
in incluta Salana
Sub Præſidio
Viri Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Clariſſimi
Dn. JOHANNIS SVEVII J.U.D.
& Prof. Publ. Dicaſterii Provincialis, uti & Scabinatus
Aſſeſſoris meritiſſimi, Promotoris ac Præceptoris
ſui ſummè ſuſpiciendi.
Pro ſummo utriusque juris Doctoræ gradu, dignitatibus ac Privilegiis conſequendis,
Publicæ diſquiſitioni proponit
GEORGIUS HEINRICUS Springsfeldt
Vinarienſis.
Ad diem 13. Maji
loco & horis ſolitis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JENÆ
Typis JOHANNIS BEITHMANNI,
ANNO M. DC. XXVI.

Illuſtriſsimorum nec non
Celſiſſimorum Principum ac Ducum Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium, Landgraviorum Thuringiæ, Marchionum Miſniæ, Comitum de Marca & Ravenſpurg, Dominorum in Ravenſtein, &c. lineæ Altenburgenſis.

Magnifico, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Conſultiſſimis VIRIS

Dn. Cancellario, ac Dnn. Conſiliariis

Dn. Bernhardo Bertram J. U. D.

Dn. Davidi à Raſchaw in Kemberg.

Dn. Martino Mendio J. U. D.

Dn. Rudolpho à Bunaw in Buchnaw / vff Bueg / Brand vnd Knau.

Dn. Auguſto von Starſchedeln / Præfecto Aulæ.

Dn. Caſparo Facio JCto.

Dominis ſuis Patronis ac Promotoribus devotè ſuſpiciendis

hocce experimentum Doctorale in ulterioris favoris incitamentum offert ac dedicat

Auctor & Reſp.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

ad omnes actus omniaque conſilia ſemper progredimur

L. 2. C. de Offic. Præf. Præt. Africæ.

Προαύλιον.

Litis pendentiæ effectus eſt, ut eâ pendente nihil poſſit innovari, daß an hangender Rechtfertigung nichts newes mag fürgenommen werden. Clem. fin. &. t. t. ext. ut lit. pend. l. cum aliquis & ibi plenè per Bl. C. de jur. delib. Weſemb. in par. C. ut lit. pend. n. 3. *Hinc cùm appellatione legitimè ac juſtè interpoſitâ, litis pendentia quoq; inducatur*, c. paſtoralis 28. §. præterea de offic. jud. delig. c. 1. de ſent. & re jud. c. ſæpè contingit 44. verſic. ſalvis de appell. *re ad tempus litis in prima inſtantia conteſtatæ reductâ*, l. ita demum C. de Procur. Weſemb. in Comm. ad tit. C. de judic. n. 20. Maranta in ſpeculo aureo 4. diſt. 6.

n.16. Matth. Coler. in proceſſ. execut. p. 3. c. 11. n. 87. *Ideò cauſa in priſtino ſtatu relinquenda, nec quicquam in ea innovandum.* t. t. ff. nihil nov. app. pend. Edictum Juſtin. 8. c. 1. *Secùs enim ſi factum fuerit, remedio attentatorum revocandum.* c. non ſolum 7. de app. lib. 6. & ibi gl. & Dd. Nic. Anton. Gravat. in not. ad pract. Oct. Veſt. lib. 8. c. 4. n. 27. Rota deciſ. 185. in no. Rob. Lancellot. tr. de attent. lit. pend. 2. p. c. 12. in præfat. n. 108. Henning. Gœden. Conſil. 56. n. 10. Daniel Moller in Semeſtr. lib. 4. c. 32. in fin *de quo remedio hac* διασκέψει *noſtra, ſuppliciter priùs implorato SS. Triadis auxilio, ampliorem indagationem ſuscepturi erimus.*

THESIS I.

ATtentandi verbum idem ferè ſignificat, quod tentandi, niſi quod attentare ſignificat, non ſimpliciter tentare, ſed vehementer & forſitan etiam frequentius. Particulæ enim ejusmodi quandoq; tantùm ornant, quandoq; augent, quandoq; minuunt, *l. Gallus & ille caſus ff. de lib. ac poſth.* ac generaliter ſignificat, experiri ac periculum facere in quem ſenſum Tiberius Imperator dixiſſe ſolitus eſt. Satius eſſe omittere, quod aſſequi nequeamus, quàm attentare turpiter, quod poſtea non efficimus. *Alex. ab Alex. 3. genial. 11. in fin. ac Cicero in Orat.* Melius eſſe præterire,

quàm

quam attentatum relinquere: *Secundùm Ægid. Bellarmin. Deciſ. 18. enarratio Conſcientiæ* propriè in delictum ſonat, cujus ſententiæ eſt illud *Vlpiani in l. item apud Labeonem §. appellare ff. de injur.* appellare eſt blanda oratione alicujus pudicitiam attentare. Hinc dicitur tentare jurisdictionis authoritatem, quæ locutio apud Gallos etiam perquam uſitata eſt, dum dicunt attenter laruine ou abbaiſſement del'authoritè de Juſtice.

Poſt apud Theologos alia etiam tentandi eſt ſignificatio, dùm tàm in bonam quàm in malam partem accipi ſolet, de qua *Vid. Magiſt. ſentent. lib 2. diſtinct. 21.*

Speciatim verò ſignificat, lite judicio ve pendente innovare. Specialiſſimè verò & hoc noſtro in caſu ſignificat facere, quod prohibemur, medio tempore appellatione pendente ab interlocutoria & de finitiva *C. non ſolum 7. de appell. in 6. Bl. Salic. & alii in l. appellatione C. eod. Hieron. Manfred. p. 7. de attentat. n. 2.* In quem ſenſum propriè etiam accipiunt Galli, attenter au præjudice del'appell, paſſer oultre non obſtant l'appell. Hinc revocare Attentatum eſt reducere ad priſtinum ſtatum poſt interpoſitam appellationem ante attentationem. *Gemin. in d. c. non ſolum in §. illa v. n. 3. de appell.* quod Gallicè revoquer attentas dicitur.

II.

Attentata definio, *innovata illegitima, lite per appellationem pendente, revocanda officio Judicis.*

III.

Ut igitur Remedium attentatorum effectum ſuum obtineat, præſupponendum eſt, innovationem illegitimam ſeu cōtra jus factam eſſe. Jure ſiquidem clarè cautum eſt, ne quid appellatione pendente innovetur *tt. ff. & ibi Dd. com. nil. nov. appell. pend. d. c. non ſolum de app. in 6. 2. q. 6. c. poſt appellationem §. Vlpianus c. ad diſſolvendum de deſponſat. impub. c. ad præſentiam 16. & c. dilectis 55. de appellat. c. cum olim 32. de offic. deleg. c. licet 14. de ſentent. Excom. in 6. c. dilecta 10. de except.* Cammerg. Ordn. *p. 3. tit. 31.* §. ſo mit vnd neben der Ladung. & §. vnd ſo dann. & §. vnd dieweil biſzher aus dem. Reichs Abſ. zu Speyer An. 1570. in verb. in puncto attentatorum.

Quod tàm in cauſis beneficialibus quàm prophanis. *Manfred. p. 7. n. 4. 12. & 13.* Civilibus & Criminalibus verificatur. *Franc. Herculan. tr. de attent. c. 29. n. 8.*

IV.

Hinc cauſam, appellatione pendente, in priſtino ſtatu, in quo poſt litis conteſtationem fuit, remanere oportet *l. ita demum & ibi Bret. Bl. n. 2. C. de Procurat. Villalob. lit. a. n. 108. Hart. Hartm. tit. 1. O. 3. ſtiat. pract. Obſ. 9. n. 10. & ſeq.* Ita ut executio ſententiæ latæ, appellatione legitimè facta ſuſpendatur, *Henning. Gœden. Conſ. 56. n. 10.* ac quoad præſentem ſtatum extinguatur *l. 1. ad SCt. Turp. c. ſententes de jurejur. l. ſi cauſa cognita. C. de transact. Gail. 1. O. 144. n. 1. & O. 148. n. 10. Vult. I. R. lib. 2. pen. n. 56.* Sic condemnatus de crimine, pendente appellatione non dicitur condemnatus. *l. 2. §. fin. de pœn.* neque fit infamis *l. furtif. de his qui not. infam.* Et ita etiam condemnatus de crimine capitali, poteſt pende appellatione teſtamentum condere. *L. ſi quis filio §. hi a, omnes ff. de in jus rupt. l. qui latronibus §. fin. ff. de teſtam. Gail. lib. 1. Obſ. 147. n. fin.*

V.

Quod de appellatione juſtè interpoſita dictum, etiam de decendio ad appellandum conceſſo intelligi debet, Paria enim quoad revocationem attentatorum ſunt, eſſe appellatum, vel pendere terminum ad appellandum *d. c. non ſolum. Angel. in l. 2. C. de appell. Vital. in Clauſul. nil. nov. n. 15. Hieron. Manfred. concl. 3. & concl. 120. de attent. Fr. Hercul. d. tr. c. 29. n. 15. & n. 101. Roman. & Alexand. in l. poſſideri 3. §. ſi ſervus 10. Col. pen. ff. de acq. poſſ.* Quia dilatio 10, dierum conceſſa à jure ipſi condemnato ad appellatum non debet ei auferri *L. ſive pars C. de dilat.* Aliàs enim per indirectum tolleretur beneficiū appellationis, quod fieri nequaquam debet *arg. c. indultum de R. I. n. 6.* Ita ut attentata intra decendium ad appellandum indultum ſint nulla ipſo jure, ſi aliàs appellatio eſſet juſta *Federic. de ſenis Conſil. 119. Manfred. Concl. 83.* Hinc poſt ſententiam detorquendo, pendente decendio non poteſt procedi ad torturam. *Fr. Hercul. d. tr. c. 30. n. 10. & 11.* Quod tamen fallere exiſtimant Dd. in crimine fragranti, notorio ac atroci *Manfred. Concl. 120.*

VI.

Pateſcit itaque ſi non innovatur, h. e. aliquid novi fit, quod ante litem in cœptam factum non erat, non dicuntur attentata, ſed continuata magis. Neutiquam enim attentare ille dicitur, qui jus ſuum perſequitur, & facit id quod facere conſueverat, lite non inchoatâ, ut probat *l. 1. §. ergò. ff. nihil. non appell. pend. Rot. Rom. Deciſ. 43. & 44. de appell.*

ita

lu no. Et non tenetur quisquam dimittere jus ſuum & deſiſtere à perſecutione & continuatione juris ſui vel poſſeſſionis propter contradictionem vel appellationem alterius. Cùm nemini injuriam faciat, qui jure ſuo utatur *l. nullus videtur ff. de R. I. Gail, I. O. 154. n. 3. Pariſ. Conſil. 39. lib. 1. c. cum teneamur de appellat.* Poſſeſſor enim pendente appellatione regulariter in poſſeſſione turbandus non eſt, multò minus privandus *c. 2. de ſeq. poſſ. Gail. lib. 1. obſ. 147. n. 2.*

VII.

Fiunt verò Attentata vel per Judicem vel partem Utroq; caſu revocanda ſunt. *Joh. Monach. in c. cupientes. n. 132. cum ſeq de elect. in 6.* Quoad partem, intereſt plurimùm, utrum Appellans, an verò appellatus attentet. Appellans enim attentando de jure præſumitur ac cenſetur appellationi ſuæ renunciare, facit ſe indignum appellationis beneficio *c. an ſit 42. extr. de appell. Fr. Herzul. d. tr. c. 29. n. 150. & 218. & c. 30. n. 37.* Legis enim beneficio non fruuntur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt, *l. fin. §. 12. C. de jur. delib. c. quia fruſtra Ext. de uſur. Capell. lib. 3. Conſil. 21. n. 4.* Itaque ſententia à qua ſtatim tranſit in rem judicatam, Et Judex à quo perinde ac ſi nunquam appellatum fuiſſet, ad executionem procedere poteſt. *c. an ſit de appell. Mynſing. Cent. 2. O. 40. & Cent. 3. O. 2. n. 6. Lanfranc. Deciſ. 443 Angel. in l. ſi contra ff. de appell. Innoc. in c. ex parte 2. col. Ext. de reſcrip. Dd. in c. an ſit & in c. cum teneamur Ext. de appell. Jaſon. in l. naturaliter §. nihil commune 133. ff. de acq. poſſ.* Actus ſiquidem litis pendentiæ contrarius inducit iſtam tacitam renunciationem *l. ſi filius ff. de minor.* ac quia propria authoritate jus ſibi dicendo videtur ſprevisse Judicem, Unde ab eo meritò repellitur *Bl. in L. præſcriptione Col. 10. C. ſi contr. jus vel util.* Prædicta verò *Gailius lib. 1. Obſ. 146. n. 14.* tunc demum procedere putat. Quando attentata immediatè contraria ſunt appellationi, ut ſi pendente appellatione, appellans adverſarium ſuum, poſſeſſione de qua controverſia vertitur, ſpoliaverit. *Dec. Conſ. 103.* Hoc itaque in caſu, ſi appellans in præjudicium appellationis attentaverit, appellatus attentatorum libellum exhibere non habet neceſſe, ſed ut attentatis probatis Judex appellationis ſtatim cauſam tanquam deſertam pro executione ad Judicem à quo remittat. Ac ita in Camera Imper. obſervari, teſtatur *Gail. d. Obſ. 1. n. 15.*

IIX.

Si verò Appellatus vel Judex à quo, appellatione pendente attentent, & attentata ſint notoria, tunc ante omnia à Judice ſuperiori revocantur, ac in revocatione ita ſententionatur. In Sachen *Titii Appellanten* wider *Cajum Appellaten* iſt erkennet / daß gedachten *Appel-*

pellaten/ Auch Richter voriger Inſtantz gedachter maſſen zu attentiren nicht geziemet/ ſondern daran zu viel vnd vnrecht gethan haben/vnd derowegen ſolche attentaten zu revociren vnd auffzugeben ſeyn/ Als wir ſie auch hiemit revociren vnd auffheben/vnd daß gemelt Appellat vnd Richter ſich hinfüro desgleichen attentirens enthalten / mit dem Anhang/ wo ſie dem alſo nicht nachkommen werden / daß alsdann auff des Gegentheils ferneres Anruffen der *declaration pœnæ inhibitionis ergò* ergehen ſol/ was recht iſt. Et eo caſu Judices ſimul cum Appellato propter attentata in expenſas condemnari notanter tradit *Gailius d. Obſ. n. pen.* Judicis ſiquidem authoritas non excuſat attentatum *Decius Conſil.* 103. *& Conſil.* 200.

IX.

Porrò, ut privilegium Attentatorum ex cauſa Appellationis locum ſortiatur, requiritur juſtè ac legitimè appellatum fuiſſe *l. his qui ad Civilia C de appell. Vult. I. R. lib.* 2. *c. pen. n.* 72. Daß die Appellation förmblich vnd wie zu Recht beſchehen. Ubi enim Appellatio eſt nulla, ibi etiam nulla ſunt attentata *c. cum appellationibus de appell. in* 6o. *Vant. de nullit. artic. quo & intra quæ tempora. n.* 40 Hinc exoriuntur diſputationes illæ, de Juſtificandis Appellationum formalibus, quæ conſiſtunt in tempore appellationis interpoſitæ in apoſtolis, & in forma appellationis. Atque ita Procuratores Appellantium, ante omnia coram Judice appellationis, Appellationum formalia juſtificare oportet, priusquam de attentatorum cauſa dignoſcatur Viſitation Abſchied des 60. Jahrs §. anfahend / alsdann / *ibi* ſollen die *Procuratores* gleich nach reproducirten Proceſſen vnd Fürbringung der Acten/ oder Inſtrumenten *Appellationum*, vermög der Ordnung die *formalia* der *Appellation* juſtificiren. *Cüner. in addit. ad Ordin. Cam p. 3 tit. 31. verſic.* Zu dem dritten §. dieſes tit. Exinde Judices ſuper formalibus ita pronunciare ſolent. Aus ergangener Rechtfertigung eingewanter Appellation erſcheinet ſo viel/ daß dieſelbe der Formalien halber beſtendig / vnd derhalben die Sache an vns erwachſen vnd *devolviret*, auch billich numals jhre Rechtfertigung allhier nimpt. *Terminæus in proceſſ. c.* 13.

X.

Juſtificatio verò formalium Appellationis ex iis potiſſimum deducitur, quod ſc. Appellatio facta fuerit intra decendium, à die ſententiæ latæ, quod ſcienti de momento in momentum currit. *Auth. hodiè C. de*

de appellat. Nov. 23. in pr. c. dilectus 32. in fin. de Elect. c. anteriorum 28.
q. 6. Octav. Veſtr. in pract. lib. 7. c. 3. n. 20. Mynſing. 5. O. 95. Specul. de ap-pell. §. reſtat 5. Verſic. ſed nunquid. Niſi ſit continuum gravamen *Auth. ei qui C. de tempor. appell. Auth. hodiè ubi gl. & communiter Dd. C. de ap-pell. Matth. VVeſembec. Conſil.* 210. *n.* 115. In ejusmodi enim gravaminibus tàm diu appellare licet, quàm diu durat gravamen, ſine ulla temporis præſcriptione. Sic Carceratus ſemper dicitur eſſe intra hos 10. dies, etiamſi ſint lapſi 30. anni, *Daniel Moller. in Comm. ad Nov. Elect. p. 1. Conſt.* 19. *n.* 12. Niſi expreſsè Judex illum juſtè carceribus mancipatum fuiſſe pronunciaſſet, tunc etenim intra 10. dies appellare oportet. *Nic. Anton. Grabat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 7. c. 3 n. 56.* Jure Saxonico in continenti à ſententia provocatio interponi debet. Weichbild *artic.* 14. *poſt princ.* Landr *lib. 2. artic. 6. Reinh. p. 4. diff. 24. Matth. Coler. deciſ.* 130. *in fin.* qui notat id perraro ſervari, ſed legitimum tempus obſervari. Speciale etiam in Ordinatione Judicii Curialis Ducum Saxoniæ, quoad interponendæ appellationis tempus cautum eſt, ut Appellationes & Leuterationes intra biduum fiant, aliàs non recipiuntur, pendente ſc. judicio, Alſo daß das Hoffgericht noch nicht auffgegeben. *Matth. Coler. deciſ.* 291. *n.* 2.

XI.

Poſt quod facta fuerit gradatim ad ſuperiorem, non ad minorem vel parem, ſic etenim res nullum habere poſſet exitum, Cum à pari vel minori non inhibitiones, Compulſoriales, & alia id genus decerni nequeant, & quidem proximum, non omiſſo medio. *Maranta p. 6. de appel. n.* 368. Cùm Imperator non patiatur in præjudicium inferiorum Ordinariorum, & in damnum & moleſtiam litigatorum, ad ſe mediis omiſſis appellari. *Alciat. in practic. fol.* 209. ne jurisdictiones confundantur *l. nemo C. de jurid. omn. judic.* Quod ipſum etiam comprobat Camera Imperialis *p. 2. tit. 29. §. 1.* Niſi Judex ad quem palam & evidenter denegaverit juſtitiam. *Mynſing. Cent. 1. Obſ. 67. Gail. 1. Obſ. 119. n. 2.* aut ex aliqua juſta cauſa, puta ſuſpicionis excommunicationis &c. fuerit inhabilis *Gail. d. l.* aut remiſerit cauſam ſponte à ſe ad ſuperiorem, aut longa conſuetudo fuerit, omiſſo medio, ſuperiorem adiri poſſe. *Mynſing. d. Obſ. 67. Beninten. deciſ. Bonon.* 96. De Jure Canonico Pontifex omiſſo medio appellari poteſt. *Mynſing. Cent. 2. Obſ. 4. Guido Papa de appell. q.* 41. niſi Exceptio fuerit oppoſita *Maranta p. 6. de app. n.* 370. Quod tamen in Imperio Rom. non obſervatur, Dùm etiam à ſententia Judicis Eccleſiaſtici in cauſa ſeculari ſeu prophana contra Clericum mota ad Cameram Imp. appellari debere, & non ad Pontificem ejusve legatum, Ita ut poſteriori caſu Cam. Imp. per mandata ſine clauſula ſub gravi pœna appellationis perſecutionem inhibere, ipſamq; cauſam avocare ſoleat. *Dn. Chriſtian. Barth. in ſent. Camer. p. 2. pag.* 126.

g. Roſenthal. de feud. c. 12. q. 20. n. 7. Dn. Anton. Godofr. in diſput. de juriſd. Cam. th. 30. & 31. ne cauſæ ſeculares paulatim extra Imp. Rom. trahantur. Hinc benè Dn. Goden. Conſil. 59. n. 12. ſcribit, ab Epiſcopo qui habet feudum ab imperio judicante in temporalibus appellandum non eſſe ad ArchiEpiſcopum, ſed ad Imperatorem. Vid. ea, quæ ex ex uſu Hiſpaniæ de appellationibus à ſententiis Epiſcoporum ad Regem directò, nequaquam verò ad ArchiEpiſcopum dirigendis, ſcripſit Covarr. pract. quaſt. 4. n. 2. Dn. Hilliger. in Donel. Enucl. lib. 17. c. 10. lit. x.

XII.

Dein, quòd appellatum fuerit in ſcriptis, ſi à definitiva appellatio fuerit interpoſita ex intervallo, Aliàs enim non valeret appellatio, Non enim viva voce, prout tum fieri poteſt, ſi appellatur in continenti, auff unverwandten Fus/ poſt latam definitivam, tunc enim ſufficit, quod gravatus dicat appello, & faciat hoc ſcribi in actis per Notarium, Mar. p. 6. de app. n. 136. Si verò ab Interlocutoria ſimplici appellatum, ſive in continenti, ſive ex intervallo, quod ſemper fuerit appellatum in ſcriptis, & cauſæ gravaminum expreſſè in libello ſpecificatæ fuerint. Matth. VVeſemb. Conſil. 43. n. 140. Octav. Veſtr. in pract. lib. 3. c. 10. n. 3. Alias non valet appellatio c. cordi & ibi Gemin. de appell. in 6. nec ex aliis cauſis juſtificari poteſt, quam quæ libello fuerint comprehenſæ VVeſemb. in Comm. ad L. apertiſſimi 16. C. de judic. niſi interlocutoria habuerit vim definitivæ aut continuerit gravamen irreparabile, Als wann einem im Vrthel aufferlegt/daß er mit dem Scharff-Richter ſol befragt werden. D. Rotſchitz in proceſſ. artic. 37. Tunc enim ſufficit appellationem factam fuiſſe viva voce in continenti, ſicut à definitiva, nec neceſſe eſt, quod contineat gravaminis cauſas in ſpecie, ſed in genere. Maranta d. loc. n. 142. Et omnes tunc ſolennitates in ea obſervantur, quæ in appellatione à definitiva. Guid. Papa de appell. q. 17.

XIII.

Inſuper, quod Apoſtoli fuerint intra 30. dies petiti. c. 6. de app. in 6. L. 24. C. de appell. Rosbach. in proceſſ. civ. tit. 74. de apoſtol. n. 13. Intra quod ſpaciũ ſi appellans apoſtolos nõ petit, præſumitur appellationi renunciaſſe, & habetur appellatio pro deſerta d. c. 6. Termin. in proc. c. 53 & Clementina quamvis de appell. Mynſing. O. 36. Cent. 4. & ſic ſervari in his terris. aus der Hoffgerichts Ordnung docet Matth. VVeſemb. in Conſil 1. n. 10. Niſi juſtum impedimentum probare poſſit appellans quare non petierit. VVeſemb. in par. ff. de libell. dimiſſ. n. 4. De jure tamen Camerali eos petere vel non petere liberum eſt. Cammerg. Ordn. p. 2. tit. 30. Mynſing. Cent. 4. O. 36. Gail. 1. Obſ. 139. Quod etiam Jure Saxon. conſtitutum Landr. lib. 2. art. 12. Sed id conſuetudine contraria abrogatum eſt, Reinh. p. 4. diſſ. 54.

XIV.

XIV.

Quamvis verò de jure civili ac communi, coram Judice tantùm & non coram notario aut vicinis & honeſtis viris appellatio interponi poſſit, niſi in caſum ubi judicis copia haberi non poſſit, & juſtus appellandi ſubſit metus. *Matth. VVeſemb. Conſil.* 174. *n.* 3. Attamen in Camera Imperiali, uti & hodierno foro Saxonico indiſtinctè appellationes coram notario ac teſtibus interpoſitæ recipiuntur Cammergerichts Ordn. *p.* 2. *tit.* 29. *in* §. Item ſo ſol einem jeden *Nob. Elect. Auguſt. p.* 1. *Conſt.* 20. *ibidemq; Dan. Moll. Mynſing. O.* 44. *Cent.* 4. *Conſultores Conſt. Sax. p.* 3. *q.* 5. Si ſtatuto quoque quædam ſolennitates in appellationibus interpoſitis requiruntur, tunc iſtæ etiam diligenter obſervandæ ſunt. Siquidem in multis Civitatibus Imperialibus appellationes non admittuntur, niſi & ita quædam ſolennia præceſſerint. *Mynſing. Cent.* 1. *O.* 6. *& Cent.* 3. *O.* 56. *Gail. lib.* 1. *O.* 119. *n.* 1. *& Obſ.* 124.

XV.

Juſtificatione itaque formalium Appellationis deducta, conſiderandum etiam, quoad attentatorum revocationem, duplex tempus interpoſitæ appellationis, ſubſequitur, Unum introducendæ, & alterum ejusdem perſequendæ. Prius eſt illud tempus, intra quod cauſa, à cujus ſententia appellatum eſt, coram Judice appellationis introducendum eſt judicialiter. Et tempus illud vel à lege, vel à Judice præſcriptum; Priori ſecundùm jus commune eſt annus *Mynſing. Cent.* 3. *O.* 15. *n.* 4. *Menoch. de arbitr. Jud. quæſt. lib.* 1. *caſ.* 446. Quod ita etiamnum in plerisque Conſiſtoriis uſu obſervari teſtatur *Vulteus I. R. lib.* 2. *c. pen. n.* 41. De Jure verò Camerali ad appellationem introducendam 6.. menſes conſtituti ſunt, intra quos citatio, niſi terminus legis à Judice fuerit abbreviatus extrahi, & ante finem illorum reproduci debent. *Gail.* 1. *O.* 140. *n.* 3. CammergeR. Ordn. *p.* 2. *tit.* 30. §. würde aber / *&* §. und ſo alſo / Cum tamen ſuper ſpoliatione ſimplici, die nicht Landfriedbrüchig / contra Principes actum eſt, vermöge der Austräge / & ad Cameram appellatum, eo caſu 3. tantùm menſes ſunt præſentandæ appellationi conſtituti. CammergeR. Ordn. *p.* 2. *tit.* 8. §. Wo aber der beklagte Churfürſt.

XVI.

Tempus à Judice præſcriptum eſt, quod Judex à quo appellatur, appellanti præfinit, intra quod appellationem ſuam introducat, qui terminum legis abbreviare, non verò prorogare poteſt. *Gail. d. Obſ.* 140. *n.* 7. CammergR. Ordn. *d. p.* 2. *tit.* 30. *pr. ibi,* und nicht darüber. Sive autem hominis ſive legis ſit terminus iſte, non à tempore ſententiæ latæ, ſed à tempore appellationis interpoſitæ computatur. *Mynſing. Cent.* 63. *Obſ.* 54. ac ſi expiret ille terminus inferiis, benignius eſt, non deſertam

protinus cenſeri appellationem, ſed in prima audientia poſt ferias reproductionem fieri poſſe placuit *arg. l. 1. §. ne autem. C. de annal. praeſcript. Gail. d. Obſ. n. 5. & 6.* Idque ſi feriæ ſint parvæ, vel ſub finem longarum incidant *l. 2. §. fin. ſi quis in jus voc. l. 8. ſi quis caut.* Non enim valenti agere non currere præſcriptio ſolet.

XVII.

Tempus Appellationis proſequendæ eſt tempus intra quod cauſa appellationis finiri debet. Poſtquam enim fatale proſecutionis lapſum fuerit, prior ſententia in rem judicatam tranſit, ac appellatio habetur pro deſerta *Auth. is qui appellat C. de tempor. appell. c. perſonas c. cum ſit Romana de appell.* Niſi ex juſta cauſa ei cui fatale proſecutionis præter lapſum, prorogatum, vel in integ. reſtit. conceſſa fuerit. *Octav. Veſtr. in pract. lib. 8. c. 3. n. 1. Mynſing. Obſ. 54. Cent. 4. & Obſ. 98. Cent. 5. Gail. 1. Obſ. 143. Lanfranc. deciſ. 478.* Fatale verò proſecutionis vulgò à tempore interpoſitæ appellationis computatur *Clementin. ſicut 3. de appell.* Quod tamen *Herm. Vult. in Juriſp. Rom. lib. 2. c. pen. n. 46.* potius à tempore introductæ appellationis computandum eſſe opinatur. Proſecutio verò fieri debet ſecundùm jus commune intra annum, qui annus de jure Civili circũſcribitur 365. diebus de jure verò Saxon. 365 diebus cùm 6. hebdomadis & tribus diebus *Landr. lib. 1. artic. 38.* vel juſta de cauſa, ſeu legitimo interveniente impedimento biennium, & vigore reſtitutionis etiam triennium *Clem. 3. de appell. c. cum ſit 5. de appell. d. Auth. & l. fin. §. 4. C. de tempor. appell. c. ex ratione de appell. & ibi Dd. Henning. Goden. Conſil. 56. n. 12. Dan. Moll. in ſemeſtr. p. 4. c. 32. Guido Papa de appell. q. 101. VVeſemb. in Comm. ad tit. Cod. de jud. n. 74. Maranta p. 6. de app. n. 215. Nicol. Gravat. in annot. ad Pract. Veſtr. lib. 3. c. 5. n. 7.* Sed in Camera Imperiali hoc tempus tàm exactè non attenditur idque ob cauſarum multitudinem. *Mynſing. Cent. 2. Obſ. 43. Gail. d. Ob. 141. n. 2.* Quemadmodum & à cæteris curiis paulatim receſſiſſe videmus. *Vult. I. R. d. c. n. 48.* Sed hæc fatalia in Judicio Aulico Electoris Saxon. quod Appellationum vocant, in uſu non ſunt, ſed juſtificantur ut plurimum appellationes in termino proximè ſequẽti, qui ſingulis ſemeſtribus habentur, citato priùs ad id appellato. *VVeſemb. in Comment. ad l. quoniam 1. C. de fer. n. 3. Dan. Moll. in ſemeſt. lib. 4. c. 32. n. 3. & 4.*

XIIX.

Appellationis verò proſequendæ terminus non currit pendente compromiſſo & expreſſo partium conſenſu inito *Anton. Gravat. in annot. ad practic. Veſtris lib. 7. c. fin. n. 41. & 42. Lanfranc. deciſ. 479. ob l. fin. C. de temp. appell.* ubi Imp. dicit, legum authoritatem in hoc caſu pactis ligantium mitigari volumus. *Clement. quamdiu de appell. Gail. lib. 1. Obſ. 141. n. 2. & ſeq.* Ut nec pauperi ob paupertatem, dùm ob dif-

difficultatem id quod voluit, præſtare non potuit *Gail. lib. 1. Obſ. 142. Mynſing. Cent. 4. Obſ. 97. Vult. I. R. lib. 2. c. pen. n. 52.* Ut nec agenti ſuper attentatis *Lanfranc. deciſ. 476. Rota deciſ. 105 in no. & deciſ. 102. de appell. in no. Hieron. Manfred. Concl. 16. & 92. Fr. Hercul. c. 29. n. 59.* quod tamen cum temperamento verificari putat. *Anton. Gravat. praalleg. loc. n. 44.* Si ſc. non ob calumniam attentata propoſita fuiſſent *Abb. & Felin. in c. ex ratione de appell.* Nulli enim malitia ſua lucroſa eſſe debet *l. ita demum ff. de arbitr. l. verum §. tempus ff. pro ſocio.*

XIX.

An verò appellatione per lapſum fatalium deſerta, Judex ad quem de nullitate ſententiæ cognoſcere poſſit? Videtur quod non, ſiquidem cauſa appellationis unà ſecum cauſam nullitatis devolviſſe cenſetur *Octav. Veſtr. in pract. tit. de nullitat. Gail. 1. O. 127. n. 2. Vult. I. R. lib. 2. c. pen. n. 74.* ac cùm veniat acceſſoriè ad cauſam appellationis *l. 1. in fin. quando provoc. non eſt nec.* appellans putatur renunciaſſe proſecutioni nullitatis, ſed reſpondet Stepha allegatus à Guid. *Papa tr. de appell. q. 82.* Deſertionem appellationis non poſſe tollere devolutionem poteſtatis cognoſcendi de nullitate facta Judici ad quem; Sunt enim diverſi modi agendi de nullitate, vel de appellatione, & uno ſublato, non tollitur aliud. *Abb. in c. cum veniſſent de eo qui mitt. in poſſ. Manfred. Concl. 156.* Sic ſi non datur attentatum, datur nullitas attentatorum. *Manfred. Concl. 215.* Sed argumentum in contrarium adductum verificari tunc exiſtimo, quando nullitas non ſeorſum & principaliter ab ipſa appellatione proponitur, ſed appellationi permiſta fuerit. Nam tunc nullitas prohibita cenſetur, ea nempè ratione, quia effectus ipſi ineſt appellationi. *Nicol. Ant. Gravat. in not. ad Veſtr. pract. lib. 8. c. 1. n. 24. Vant. in tr. de nullit. ſent. quis poſſit dicere de nullit. n. 36.* Cui ſubſcribere videtur *Treutlerus vol. 2. diſp. fin. lit. R.* ibi, omiſſo vel deſerto appellationis beneficio adhuc principaliter poſſe agi de nullitate. Sed in caſu propoſito coram quo Judice nullitatis actio inſtituenda, an coram Judice à quo, vel appellationis diſceptant Dd. Sed in hac quæſt. diſtinguendum cenſeo, an appellatio deſerta fuerit, ante introductionem Appellationis ad Judicem ad quem, V. G. quando appellans non petiit apoſtolos, aut intra tempus præſtitutum non introduxerit appellationem, aut poſt introductionem, priori caſu Judex à quo de nullitate cognoſcet, poſteriori Judex Appellationis.

XX.

Porrò in Attentatis ex cauſa appellationis pendentis conſiderandum etiam eſt, quod à tali cauſa fuerit appellatum, à qua de jure appellari potuit. Regulariter verò ab omnibus cauſis tàm Civilibus quàm Criminalibus appellatio permiſſa eſt, niſi expreſsè prohibita reperiatur. *L. & in majoribus C. de appel. Gail. 1. Obſ. 149. n. 5.* etiam Extrajudicia-

 li-

libus *c.* 5. *de appell.* quales etiam de jure Civili ſunt, puta quæ interponuntur à decretis, quibus quis ad certa munera vocatur *l.* 3. *C. de excuſ. tutor. c. bona* 51. *de app. c. concertationi de app. in* 6. *Matth. VVeſenb. Conſil.* 40. *n.* 75. *Mar. p.* 6. *de app. n.* 278. Et à quacunque ſententia ſive interlocutoria illa ſit, ſive definitiva, quod ita eſt ex Jure Canon. quo à quocunque gravamine, non tantùm illato, ſed ut *Hieron. Treutl. Vol.* 2. *diſp. fin. th.* 1. *lit. g.* ait inferendo, ſi modò propè & certò inferendum ſit, & jure hoc quis metuat, maximè ſi damnum poſtea illatum, non commodè poſſit reparari. *Dn. Bachov. ad Treutl. diſp. d. l.* appellare conceſſum eſt *Gail. d. Obſ.* 120. *Vult. I. R. lib.* 2. *c.* 33. *n.* 22. De jure namque Civili à ſententia definitiva tantùm & ab interlocutoria non aliter, quam ſi contineat gravamen irreparabile, aut vim definitivæ contineat *L. ante ſententia tempus C. quor. appell. non recip. l.* 2. *C. de Epiſc. aud. Gail. lib.* 1. *O.* 130. *Andreas Rauchb. quæſt. juris Civ. & Sax. p.* 1. *q.* 14. *n.* 50. *Marantæ p.* 6. *de app. n.* 366.

XXI.

Appellationis autem via quandoque intercluditur, aut ipſo jure, aut Privilegio Magiſtratui à Principe vel populo, quem penes eſt ſumma majeſtas conceſſo. Priori caſu multifariam. Ceſſat namque interdum appellatio propter appellantis factum, dum ſc. partes de non appellando inter ſe pepigerunt, voluntarioque huic juri renunciarunt, & ejusmodi pactum legibus approbatum eſt. *l. fin. §. fin. C. de temp. appell. l.* 29. *C. de pact. c. ut ſuper* 4. *Verſic. niſi appellationi de appell. in* 6. *Gail. lib.* 1. *Obſ.* 131. *n.* 10. *Mynſing. Cent.* 3. *Obſ.* 14. *Everbard. in loco à pacto ad legem n.* 9. Cammerge R. Ordn. *p.* 2. *tit.* 28. §. und dieweil bißher. ſive judicialiter, ſive Extrajudicialiter nihil intereſt. *l.* 1. §. 3 *à quib. appell. non lic.* Interpoſitæ tamen appellationi appellato invito renunciari nequit. *Villal. lit. a. n.* 126. *Dan. Moll. in ſemeſtr. lib.* 4. *c.* 35. *Hieron. Treutl. d. diſp. fin. th.* 2. Utique enim dubitandum non eſt, ubi utrique ex appellatione jus quæſitum eſt renunciationem unilaterem alteri parti præjudicare non poſſe. *Dn. Bachov. ad d. th.* 3. *Treutleri.* Poſt ſi juraverunt, quod ſententiæ vellent ſtare, niſi ſententia exceſſent limites juramenti & licitæ promiſſionis *c. ad hæc.* 20. *de appell.* vel coactæ fuerint juramentum de non appellando ſubire. Cammerge R. Ordn. *d. p.* 2. *tit.* 28. *Matth. VVeſemb. Conſil.* 200. *n.* 113. *Deciſ. Scabin. Lipſ. quæſt.* 106. *n.* 2.

XXII.

Tùm qui detulit juramentum autoritate Judicis, vel recuſatum adverſæ parti retulit provocationis remedium ſibi reſervavit nullum, eo quod nimis crudele ſit, dùm Judex partis petitionem ſecutus eſt, appellandi poteſtatem ſupereſſe. *l. generaliter pen.* §. 1. & 3. *C. de R. C. VVeſemb. in par. ff. de jurej. n.* 13. *Fachin. lib.* 1. *Contr. c.* 23. Stari enim religio-

ſioni debet *l. quod ſi 21. de dolo malo*, nec prætextu perjurii retractari poteſt *d. l. 1. C. de R. C.* Perjurium enim ſolùm Deum ultorem habet *l. 2. C. eod.* Ac is qui jusjurandum defert, quaſi decidens & tranſigens cum adverſario, cedit ei liti, ſub conditione, ſi juraverit, non ſi verè juraverit. *Duaren. c. 27. de jurejur. Vult. lib. 2. I. R. c. 2. n. 23.* Hodiè tamen per Conſtitutionem Caroli V. in der Peinlichen Hals Gerichts Ordnung c. 107. contrarium videtur eſſe deciſum: Ibi enim ita diſpoſitum eſt. Welcher vor Gericht ein Meineyd ſchweret / ſo derſelbe Meineyd zeitlich Gut antrifft / daß in des der / ſo fälſchlich geſchworen / nutz kommen / der iſt zu förderſt ſchuldig / wo er das vermag / ſolch fälſchlich abgeſchworen Gut dem Verletzten wieder zu kehren / ſol auch darzu verleumet vnd aller Ehren entſetzet ſeyn.

XXIII.

Perdidit quoque appellandi præſidium, qui ſemel ſententiam adprobans adquievit, ac ſententiam rei judicatæ vires accipere paſſus eſt, ob rerum judicatarum autoritatem, quæ finita non patitur reſtaurari, *l. 5. C. de re judic.* quod à Gallis Fin de non reçevoir dicitur, ſtante v. rejudicata, non habet locum remedium attentatorum *Fr. Herculan. c. 30. n. 61.* Item qui ex eremodicio h. e. ob interpoſitæ litis deſertionem condemnatus eſt. *l. 13. C. de judic. Rauchbar. quæſt. jur. Civ. & Sax. p. 1. q. 14. n. 11.* Eremodicium enim uti ipſa vox arguit, nihil aliud eſt, quam lis deſerta. *Govean. 4. var. 39. Briſſon. lib. 5. de V. S.* cujus mentio *in l. 7. §. fin. de m nor. l. ſi contra 8. C. de appell. Auth. & qui C. de temp & reparat. appell. Cujac. in Nov. 49.* Unde cùm Reus rem non defenderet, ex eremodicio ſententiam paſſus dicitur. *l. 13. pr. jud. ſol.* Hinc Gallis Eremodicium, peremtion d' inſtance dicitur.

XXIV.

Alia cauſa, quæ ipſo jure prohibet appellationem, eſt delictum appellantis, putà ſi appellans verus contumax ſit. *l. 73. §. fin. de judic. l. 1. C. quor. app. non recip. l. 13. §. ſin autem 3. & 4. C. de judic. l. ex conſenſu §. fin. ff de appell. Gail. 1. obſ. 132. n. 7. Anton. Gabat. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 54.* Niſi is qui ob contumaciam condemnatus eſt, venerit judice adhuc pro tribunali ſedente. *l. 7. de in integ. reſtit. Hieron. Treutl. diſp. fin. Vol. 2. th. 3. lit. e.* quoniam qui ita ſtatim ſupervenit, non habetur pro contumace vero, ſed exiſtimatur quod non culpa ſua, ſed parum audita voce præconis abfuerit, vel quod poſtea pœnitentiâ Contumaciam purgaverit. Contumacia verò Procuratoris, qui ad appellandum non admittitur, Dno. præjudicium non infert, quin ipſe appellare non valeat, ſi ſc. Procurator non exiſtat ſolvendo, & ſi ipſe

Do-

Dominus non fuerit ſciens & negligens *Guido Papa de appell. quaſt.* 86. *Treutler. d. Vol.* 2 *diſput. fin. th.* 3. *lit. e. Hartm. Piſtor.* 1. *quaſt. jur. quaſt.* 36. *n.* 7. Quia ejus, juſtitiam cauſæ ſuæ oſtendere parati conditio potior eſſe debet, quàm partis adverſæ, quæ ex contumacia Procuratoris ſentit lucrum: Eum verò verum contumacem reputo, qui citationis notitiam & comparendi facultetem habuerit, quæ ex citationis innoteſcentia usque præſumitur, donec appellaturus coram Judice juſta ſibi impedimenta obſtitiſſe, quo minus comparere potuerit ſufficienter probabit. *L. Contumaciam* 53. §. *contumax ff. de re jud. l.* 2. *C. quom. & quan. Judex.*

XXV.

Appellationis beneficio privantur quoque Officiales, à proprio Judice, ratione malè geſti officii condemnati. *l.* 3. *C. quor. appell. non recip. F. Herc. c.* 30. *n.* 7. *Lanfranc. deciſ.* 468. *Marant. p.* 6. *de app. n.* 198. Ut & ſponte confeſſi, & legitimè ſimul convicti criminum *l.* 2. *C. quor. appell. non recip. Marant. p.* 6. *de appell. n.* 281. *Matth. Coler. deciſ.* 132. *n.* 1. Metu enim tormentorum confeſſus & convictus non præjudicat ſibi. *Mynſing. Cent.* 5. *Obſ.* 23. *Gail. lib.* 2 *de pace publ.* 15. *n.* 8. *& ſeq.* Si enim Reus tantùm confeſſus eſt, etiamſi extra torturam ſponte hoc fecerit, appellationi locum faciunt *Dd. Marant. p.* 6. *de appell. n.* 281. & ita cunctos ſentire ait *Br. in l. Conſtitutiones* 16. *de appellat.* Quam tamen communem opinionem *cum Dn. Bachovio in not. ad d. Treutl. diſput. th.* 3. *lit. f.* qualificatè verificari puto, ſi ſc. confeſſus poſſit probare errorem in confeſſione ad miſſam eumque probabiliter prætendat *Lanfranc. deciſ.* 462. quem allegare non poterit, qui etiam convictus eſt.

XXVI.

Item ii qui in flagranti crimine fuerint deprehenſi, die in handhaffter That betreten worden / *c. propoſuit* 24. *de appellat.* Landr. *lib.* 2. *artic.* 35. Weichbild. *artic.* 104. *Matth. Coler. deciſ.* 107. *n.* 5. niſi tale crimen fragrans haberet aliquas probabiles excuſationes, ut poteſt aliquando contingere juxta *not. in c.* 1. *de offic. deleg. in* 6. *& per Innoc. in c. Veſtra Ext. de habit. Cleric.* ut quia ille, qui interfecit hominem in conſpectu populi dicat, ſe feciſſe ad ſui defenſionem, vel quod erat bannitus, quem ex forma ſtatuti licebat occidere, tunc debet admitti ejus appellatio. *Lanfranc. deciſ.* 450. Nec non ii qui tam atrox crimen perpetrarunt, cujus executionem non differri, ſed ſtatim puniri publica expoſcat utilitas. *l. Conſtitutiones* 16. *de appellat. VVeſemb. in parat. ff. de app. recip.* V. G. inſignes latrones, manifeſtæ rei violentiæ, proditores & duces factionum & ſimiles. Hinc non revocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata ſuper crimine falſæ monetæ, quod eſt enorme delictum, à quo non datur appellatio *l.* 1. *C. de falſo monet. Hieron. Manfred. de attent. Concl.* 120. *cum ſeq.*

XXVII.

XXVII.

Hinc in cauſis criminalibus, die Leibſtraff auff ſich tragen/ a l Cameram appellare prohibitum eſt. Reichs Abſchied zu Augſpurg Anno 1530. §. Item/als etzliche Zeit anhero. Cammerge R. Ordn. *p. 2. tit. 28. §.* Item nach dem auch. *Gail. 1. Obſ. 1. n. 28. Mynſing. Reſponſ. 59. n 61. & Cent. 4. Obſ. 41. Denaiſ. de jur. Camer. tit. 108. Beuſt. in Rubric. ff. de jurejur. n. 97.* Niſi in proceſſu Criminali fuerit Commiſſa nullitas, tunc querela nullitatis ad Cameram non eſt præcluſa, & ſuper ea citatio contra Judicem criminalem obtineri poteſt, *Gail. 1. O. 1. n. 19. & 1. P. P. c. fin. Mynſing. Cent. 4. O. 4. n. 5. & ſeq. Matth. Coler. deciſ. 132. n. 8.*

XXIIX.

An verò ubivis etiam extra Cameram, Vigore conſuetudinis illius inveteratæ cujus mentionem facit *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. in verb.* Das dem alten hergebrachten Gebrauch im heiligen Reich zuwider/ idem obtineat meritò dubitari poteſt? *Daniel Mollerus in Semeſtr. lib. 4. c. 33.* negat, ſcribens, videmus in domo Saxonica appellationes in cauſis Criminalibus non ſecus ac in Civilibus admitti, ac conſuetudinem totius Flandriæ, excepto ſolo ejus ſupremo Conſilio ex Dambudero *in pract. Crimin. c. 149.* allegat, qua in criminalibus appellationes admittuntur. Affirmat Contrarium *Author. diff. Juris Civ. & Saxo diff. 136.* generaliter dicens, Jure Saxonico in cauſis criminalibus appellationes non admitti *ob text. artic. 12. in fin.* Landr. *lib. 2. in verbis*, Wird ein Mann gefangen im Gericht/ er kan kein Vrthel ſchelten/ ſed Daniel Moller præcit. loco, textũ eum intelligit, quando quis à crimine fragranti in quo deprehenſus, appellat, loquitur enim diſertè, der in handhaffter That gefangen vnd vor Gericht bracht, *ut gl. ibi & in art. 35.* ejuſdem libri declarat. Alii in hoc dubio, rationem & jus civile ſequendum eſſe putant, donec Conſuetudo contraria, quæ facti eſt, legitimè probetur, *Bocer. in tr. de jurid. c. 3. n. 84. & ſeqq. VVeſemb. in par. ff. de app. recip. n. 3.* in plerisque tantùm locis Germaniæ conſuetudinem eam agnoſcit. *Matth. Coler. ſupra allegatum text. juris Saxon. deciſ. 132.* intelligit de eo caſu, quando per ſententiam definitivam aliqua corporis afflictiva Reo dictetur, Alias enim, Wann dem Angeklagten durch das Endvrthel keine Straffe an ſeinem Leibe/ Leben/ oder Gliedern aufferlegt iſt/ declaratio & appellatio etiam eo jure in ſententia locum habere, & ita Lipſenſes pronunciare ſcribit *alleg. Coler. d. deciſ. 132. & deciſ. 22. n. 17.* D. Prietzen *in proceſſu Chilian* Königs *p. 4. c. 61.* An verò Carceratus appellans ad Judicem ſuperiorem mittendus ſit, an verò pendente appellatione à Judice inferiori detinendus? inter Dd. non convenit; ſed tamen potius iis ſubſcribendum puto, qui cenſent pendente appellatione reum in carcere primi Judicis detinendum, donec injuſtitia carcerationis fuerit approbata, ita tamen ut & ſupplicio & innocentiæ ſalvus eſſe poſſit. *Dan.*

Moll. in Semeſtr. lib. 4. *c.* 34. Aliter ſentit *Matth. VVeſemb. Conſil.* 43. & aliter diſtinguit *Matth. Coler. deciſ.* 165. *n.* 7.

XXIX.

Specialiter etiam in Imp. Rom. receptum eſt, quod in cauſis Eccleſiaſticis, ſpiritualibus ac matrimonialibus Appellatio ad Cameram non admittatur, Cùm etiàm ejus jurisdictio in prima inſtantia in dictis cauſis fundata non ſit. Cammerger. R. Ordn *p.* 2. *tit.* 1. *Cuner. in addit. ad Cam. p.* 1. *tit.* 9. §. Wann auch der Keyſer. *And. Gail.* 1. *Obſ.* ſ12. *n.* 17. *&* 2. *Obſ.* 45. *Memorial* von Jahr 70. ubi Aſſeſſoribus inhibitum fuit, daß ſie ſich der Matrimonialſachen entſchlagen ſolten/ *Gylman. tom.* 3. *Symph.* 229. *Dn. Chriſtian. Barth. in ſent. Cam. Imp. p.* 1. *pag.* 412. *& p.* 2. *pag.* 83. *g.* Si ſcilicet de jure quæſtio ſit dict. Memorial de anno 70. Aliud enim dicendum eſt, ſi in poſſeſſorio agatur. V.G. an matrimonium ſit contractum nec ne. Cum quæſtio facti nihil habet ſpiritualitatis *Thom. Mich. de jurisd. concl.* 41. *Menoch. Conſ.* 366. *n.* 11. 12. *&* 50. *Vincent. de Franch. deciſ. Neapol.* 36. *Monald. Conſil.* 130. *per tot.* Quatenus verò cauſæ matrimoniales inter ſpiritualia negocia referendæ, & Principes ſeculares de iis ſtatuere poſſint. *Vid. Celſ. Hugo Conſil.* 38. *n.* 4. *& ſeqq. Hottom. Conſil.* 108. Inter cauſas verò Spirituales ſeu Eccleſiaſticas non rectè refertur, abſolutio à juramento ad effectum agendi. *Ordin. Cam. p.* 2. *tit.* 24. *Mynſing. Cent.* 3. *Obſ.* 99. *Muſcatel. in prax. Civil. mag. Cur. Vicar. Regni Neapol. p.* 2. *n.* 63. Quod & juri communi convenit, quo Sacramentorum diſpenſationes à Prætore fiebant *l. fin. ff. ad munic. l. fin. ff. de re milit. Gail. lib.* 1. *Obſ.* 25. Nec cauſa uſurarum Reichs Abſchiedt Augſp. im Jahr 1509. 39. & 48. tit. von wucherlichen Contracten *Farin. in pr. Crim. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 140. & extant præjudicia, quod cauſæ uſurarum ab Officialibus ad Cameram devolutæ ſunt ut in cauſa F. contra H. anno 92. factum eſt. *Thom. Mich. de jurisd. th.* 40.

XXX.

Fiſci debitum privilegiatum quoque eſt, ut abſque longiori appellationis interpoſitæ mora, ſtatim perſolvi ſit neceſſe. *l.* 4. *C. quorum app. non recip. l.* 18. *C. de appell.* Si videlicet debitum ſit evidens & ſufficienter probatum. *c. ei qui* §. *quoties* 2. *q.* 6. *ſpeculator tit. de appell.* §. *in quibus verſic.* 4. Quod tamen in fiſco de damno vitando certante, non lucrum in pœnis pecuniariis captante intelligendum. *Marant. p.* 6. *de app. n.* 300. *Fr. Hercul. tr. de attent. c.* 30. *n.* 7. Uti & cauſæ quæ celeritatem ſine dilatione requirunt, appellationem reſpuunt *c. quâ fronte de appell. Mar. p.* 6. *de appell. n.* 319. *ob. l. fin. de appell. recip.* An verò hæc lex final. ſit intelligenda, quoad ſuſpenſivum effectum, an vero devolutivum, quærit Jacob. Menoch. *de adipiſ. poſſ. Remed.* 4. *n.* 827. Sed cum *Jacbin. lib.* 1. *Contr. c.* 76. Secundū utrumq; effectum prohibitum eſſe ar-

bi-

ſtror *ob l. quisquis C. quor. appell. non recip. Panorm. in c. 25. Ext. de appell. n. 15. Dec. Conſil. 28 n. 4. Roland. à Valle Conſil. 77. n. 11. lib. 2.* Hinc appellare non licet ne mortuus ſepeliatur, ne teſtamentum aperiatur, ne veheres ſcriptus in poſſeſſionem mittatur *d. l. fin. Matth. VVeſemb. Conſil. 1. n. 17. Cujac. in parat. C. de Edict. D. Had. toll.*

XXXI.

In cauſa itidem momentaneæ poſſeſſionis appellatio rejicitur, ad effectum retardandæ Executionis *Marant. p. 6. de appell. n. 305. Nic. Ant. Grav. in not. ad pract. Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 24. ob l. unic. C. ſi. de mom. poſſ.* Momentaneam verò poſſeſſionem hic cum *Matth. VVeſenb. Conſil. 1. n. 13.* non pro quolibet judicio Poſſeſſorio accipio, ſed tantummodò ſpoliationis *l. momentanea 8. & t. t. C. unde vi.* pertinens ad vim publicè privatimque factam *t. t. C. ad L. Jul. de vi publ. & priv. Menoch. de recuper. poſſ. in proem. n. 1. Vult. ad L. unic. n. 36. & ſeq. C. ubi de poſſ. Magnificus D. Fomannus in prælect. ad c. 1. Ext. de cauſ. poſſ. & propriet.* De Jure verò Canonico diverſum ſtatutum eſt, quo ab omni poſſeſſorio appellari poteſt *c. ut debitus de appell. Mar. d. l n. 306. ac Matth. VVeſemb. d. Conſ. 1. n. 59.* Sed in Camera Imp. jus civile hoc in puncto etjam ſervari tradunt *Gail. 1. Obſ. 7. in fin. & Mynſing. Cent. 4. Obſ. 43.*

XXXII.

Cauſæ etiam nonnullæ, quibus de jure certa ſumma præfinita eſt, appellationem reſpuunt. *Nov. 123. c. 3* Hinc in Cam. Imp. appellationes regulariter non recipiuntur, ſi ſumma appellationis ſit infra 50. florenos Cammerge R. Ordn. *p. 2. tit. 28.* §. Und ſonderlich ſetzen wir / quæ ſumma in Comitiis Spirenſibus An. 1570. verſic. Als wir dann / ad 150 florenos, ac denuò in Comitiis Spirenſ. ad 300. florenos extēſa eſt. Reichs Abſch. zu Speyr de anno 1606. verſic. Wiewol nun auch. *Andreas Gail. 1. Obſ. 123. n. 1.* ſed in prædicta ſumma, quoad jurisdictionem fundandam, non tàm in conſiderationem venit, quantum debeatur, ſive quantum in prima inſtantia ad judicatum fuerit, ſed quantum petatur, niſi de debiti qualitate conſtet, vel manifeſtiſſimè *Mynſing Cent. 5. Obſ. 83.* Caſus verò in quibus dictæ ſummæ in recipiendis appellationibus, ratio non habetur. *Vid. Gail. d. Obſ. 123 n. 4. & ſeq.*

XXXIII.

A pœna legis itidem appellari non poteſt *l. ſi qua pœna ff. de V. S. c. quia nos de appell. Maranta p. 6. de appell. n. 360.* Ab hujusmodi tamen ſententia declaratoria bené appellari poterit, *gl. in c. cupientes §. quod ſi per viginti. in verb. Expectati de Elect. in 6. Panorm. in Clem. præſenti in 2. Col. de cenſib.* ubi in hæc verba prorumpit, Non debet judex quem declarare in pœnam conſtitutionis incidiſſe, illo prius non vocato, ut ſc.

 ha-

habeat facultatem ſe defendendi, ſi vellet negare ſe incidiſſe in pœnam. *Hieron. Schurff. Conſil. 28. n. 12. Cent. 3.*

XXXIV.

Sententiæ qualitas impedit etiam ſæpius, quo minus appelletur, dixi enim ſupra th. 20. quod à ſententia interlocutoria de jure civ. non aliter quàm ſi gravamen irreparabile in ſe contineat, appellatio concedatur *l. ante ff. de appell. recip. l. pen. C. quor. app. non recip.* aut vim definitivæ contineat, quoties ſc. interlocutoria ad negotium principale & ſubſtantiam negotii referatur, V.G. ſi fidejuſſores idonei ſunt pronunciati *l. 9. & 10. ff. qui ſatisd. cog.* Si minori ſine curatore ſolvi jubeat *l. ait Prætor §. permittitur ff. de minor.* Hinc ob æquiſſimam juris Civilis rationem, ut multorum calumniis & malitiis, cauſam principalem in infinitum extrahendi, & adverſarium magnis ſumptibus defatigandi anſa præripiatur, idem obſervat Cam. Imperial. Cammergr. R. Ordn. *p. 2. tit. 28. § fin. in verb.* So ſol hinfüro das Cammergericht die Appellation, von ſolchen Interlocutorien nicht annehmen / wo die Beſchwerung in der Appellation beſtimpt/durch die Appellation von der Endurthel der Hauptſachen möchte erſtattet vnd herwieder gebracht werden. *Gail. 1. Obſ. 129.*

XXXV.

Hinc etiam Appellationis à ſententia definitiva, & interlocutoria, quoad ſuſpenſionem jurisdictionis Judicis à quo ac attentatorum revocationem diverſi conſpiciuntur effectus. Quia Appellatio à definitiva, ſtatim cùm fuit interpoſita, absque ulla inhibitione ſuperioris ligat manus Judicis à quo, ut non poſſit procedere ad aliquem actum præjudicioſum ſc. ulterius in illa cauſa *l. appellatione 3. C. de appell. l. unic. nihil nov. app. pend. d. c. non ſolum 7. de app. in 6.* Ab interlocutoria verò ſimplici appellabili non ligat Judicis manus à quo, quin poſſit procedere ad ulteriora, donec per Judicem appellationis ei canonicè fuerit inhibitum *d. c. non ſolum c. Romana §. quod ſi objiciatur verſic. ante ſententiam, de app. in 6. Br. in l. ejus qui col. 1 ff. de app. recip. & l. intra utile 39. col. 2. de minor.* quæ inhibitio in Cam. Imp. una cum citatione decernitur. *Gail. lib. 1. O. 144.* Inhibitio verò ita debet eſſe qualificata, ut legitimè, prævia cauſæ cognitione, & parte citata interponatur. Quando enim appellatum eſt in cauſa, in qua non debuit appellari, vel quia cauſa eſt injuſta, vel appellatio eſt frivola & fruſtratoria, tunc nunquam Judex ad quem debet inhibere, niſi prius cauſæ cognitionem adhibuerit ſuper Juſtitiæ appellationis, Aliàs inhibitio non valet. *d. c. Romana. Gail. lib. 1. Obſ. 130. n. 7. & Obſ. 144. Octav. Veſtrius lib. 8. c. 4. n. 37. & 38. Fr. Hercul. c. 29. n. 19. 20. & 21. & 170. Mar. p. 6. de app. n. 207.* Quod tamen fallit, ſi à definitiva ſententia ſit appellatum, niſi Conſuetudine aliter obſervetur.

XXXVI.

XXXVI.

Quando verò Judex à quo appellationi detulit, apoſtolos reverentiales concedendo, tunc inhibitione non eſt opus, Deferendo enim appellationi ſibi ipſi qſ. manus in exercitio jurisdictionis, reſpectu ex cauſæ, à qua appellatur, vincit, & ſibi ipſi inhibet. *c. cùm appellantibus de app. in 6. Henning. Gœden. Conſil. 56. n. 7. Matth. Coler. de proc. exec. p. 2. c. 1. n.* 101. In Camera v. Imperiali hoc etiam caſu ad partis petitionem nihilominus inhibitio conceditur, dùm abundans cautela non noceat *l. teſtamentum. C. de teſtam.* ac appellanti propter appellatum hoc expediat, ne aliquid attentet, dann der Appellant kan auff die pœn der inhibition klagen. *Gail. 1. Obſ.* 144. *n.* 3. Si verò Judex à quo non ſimpliciter, ſed cum illa clauſula Si & in quantum, appellationi defert, an per illa verba habeatur pro admiſſa vel non admiſſa *Vid. Marant. p. 6. de app. n.* 211. Et ſanè Judex à quo præſertim in ſententia definitiva, in dubio ſemper præſumere debet appellationem eſſe juſtam, & ei deferre, ſi ſaltem evitare vult pœnam. *c. de priore de appell. Henning. Gœden. Conſil.* 56. *n.* 12. In cauſa tamen poſſeſſoria Judex appellationis facilè inhibitionem decernere non debet, ne cauſæ principali præjudicet, quia Judex ita inhibendo, cauſæ principali, quæ ſuper poſſeſſione adverſarii conſiſtit, utrum appellatus rem litigioſam rectè poſſideat, nec ne præjudicaret, Nam in effectu talis inhibitio vim definitivæ haberet, maximè in Interdictis retinendæ poſſeſſionis, quando uterque ſe poſſidere contendit. *Andreas Gail. lib. 1. Obſ.* 144. *& Obſ.* 145.

XXXVII.

Reſpuit item appellationem trium conformium ſententiarum authoritas *l. unic. C. ne lit. in un. ead. cauſa ibidemq́ Cujac. in par. Clem. 1. de re judic.* Sed Conſtitutio dicta ex Dd. interpretatione intelligenda eſt de uno eodemque capitulo, tùm de una eademque parte, Ita ut actori & reo ſingulis bis & ita quater in una cauſa liceat appellare, Beneficium namque judiciale utrique parti debet eſſe commune. *Conſultat. Conſtit. Saxon. p. 1. q.* 68. Niſi novum gravamen, aut perſona tertia interveniat, quæ pro ſuo intereſſe appellat, quando ſe ignoravit litem cum alio agitari *arg. l. 63. de re judic. & ibi communiter Dd. Covarr. c.* 15. *n.* 8. *& ſeqq.* Siquidem ſic interpoſita appellatio non tertia ſed prima eſt. *Panorm. in c. cum ſuper 26. de ſent. & re judic.* In Camera Imper. exceptio trium conformium ſententiarum non attenditur, & nihilominus ibi appellatio recipitur. Cammerg. R. Ordn. *p. 2. tit. 28. in pr. &* §. 1. Quippe quod alioquin facilè quisque Ducum & Principum in Imperii præjudicium, in ſuo ducatu plures inſtantias facere, atque ſic ſupremum tribunal eludere poſſet, *Gail. lib. 1. Obſ. 72. n. 3. Mynſing. Cent. 1. Obſ.* 55. De Jure Saxonico etiam poſt 3. conformes ſententias leuterare licet *Matth. Coler. deciſ.* 140. *n.* 2.

XXXVIII.

Inſuper à ſententia Fortunæ ſive ſortis appellatio excluditur, Fortuna enim in hoc mundo non habet ſuperiorem, & ejus Dux eſt Deus ſecundùm Senecam 7. Epiſt. ad Lucillum, & aliquando vocatur Vis divina *l. fluminum 24 §. ſerbius ff. de damn infect. Proavus meus maternus Johan. Schneid. in Comm. ad §. quadam actiones. Inſt. de action. in actione familia berciſ. n. 66.* Attamen ſi fraus fuerit commiſſa, poterit peti, quod iterum ponantur ſortes. *Bl. in L. majoribus 3. C. communia utriusq. judic.* Nec ab executione *L. ab executione 5. C quor. appell. non recip. l. ab executore ff de appell. Fachin. lib. 1. Contr. c. 74.* niſi Executor modum exceſſerit, *Hieron. Manfred. Concl. 99.* qui in ſpecie exprimi debet. *VVeſemb. in Comment. ſ. de offic. Jud. n. 15. Manfred. Concl. 100.* Nec à ſententia excommunicationis jam lata *Maranta p. 6. de app. n. 351.* Sed à declaratoria judicis benè *Marant. d. l. n. 179.* Neque à ſententia inter alios dicta, niſi tertius ſit è litis Conſortibus, ejusve ſubſit præjudicium *l. 5. ff. de appell. Gail. 1. Obſ. 122.*

XXXIX.

A ſententia arbitrorum regulariter etiam non appellatur *l. 1 ibiq. Dd. C. de arbitr. L. furti §. ex permiſſu ff. de his qui not. infam. & in l. non diſtinguemus §. cum quidam berſic. & idem ff. de arbitr.* Cùm non habent jurisdictionem, ſed notionem tantùm. *l. ait Prætor ff. de re judic. Gail. lib. 1. Obſ. 149. & 150. n. 8. & ſeqq.* Fallit tamen in iis qui à judicibus ad fidejuſſores probandos, aut ad aliud negocium exequendum cum quadã cognitionis poteſtate dantur *L. fin. ff. à quib app. non lic. & ibi VVeſembec.* qui Commiſſarii dicuntur. Hinc à Commiſſariis Cæſaris ad Cameram appellari poteſt *Gail. lib. 1. Obſ. 121.* Uti & ab arbitris delegatorum à Papa judicum Papa appellatur. *c. ab arbitris 11. de offic. deleg. in 6.* fallit etiam, ſi partes de provocando inter ſe conſenſerint. Uti videmus hodiè in judiciis multis practicari, quod partes à ſententia arbitrorum ſeu compromiſſariorum leuterationem unam ſibi ex conventione concilient. Et facta iſta ſuper leuteratione ſententia, arbitrorum expirat poteſtas. *Celſus Hugo Conſil. 51. n. 17.* alias etiam gravato abundè beneficio reductionis ad arbitrium boni viri contra iniquum laudum proviſum eſt. *And. Gail. lib. 1. O. 149.*

XL.

Tandem ab Imperatoris, tanquam Majeſtatis ſummæ cognitione provocare poſſe neminem, in propatulo eſt, cùm Princeps ipſe ſit qui provocetur *l. 1. §. 1 ff. à quib. app. non lic.* Ut enim ab eo omnis jurisdictio fluit per conceſſiones ac inveſtituras, Ita & ad eundem refluit per appellationem, ait *Pacian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 7.* nec ullus in terris reperiri poterit in terris major ad quẽ eatur, qui præter Deum & enſem

ſu-

ſuperiorem neminem recognoſcit, uti communi ſeptemvirum Imperii decreto Anno 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato pronunciatum eſt. *Aventin. lib. 8. c. 7.* Uti nec à Rege Romano, Proximum enim ille poſt Imperatorem locum ſibi vendicat, qui in omnibus ſe tanquam Imperatorem gerit, regalia etiam, aliaque jura ac privilegia per eum conceſſa,& quælibet alia ab eo geſta perindè valent, ac ſi ab ipſo Imperatore conceſſa ac geſta eſſent, Gülden Bulla *c. 2. de Elect. Reg. Rom. D. Petrus* Fritze *de nobilitate Concl.* 18. *Georg. Sigiſmund. Seld. Imperii ViceCancellarius* in ſeinem Bedencken an Keyſer Ferdinand / wie des Bapſt zu Rom Pii V. unbillichen anmaſſen wider jhrer Keyſ. May. ordentliche Wahl durch die Churf des H. Röm. Reichs / ohne des Bapſt Conſens und Bewilligung beſchehen zu begegnen / Ibi, Ja es haben wol etzliche Rechtsgelehrten gehalten / daß eines Römiſchen Keyſers Sohn / der die Anwartung ans Reich hat / ein Keyſer mag genennet werden / und iſt auff den Reichstag zu Franckfurt durch gemeine Stände und andere erkennet worden / daß ein Römiſcher Keyſer und König eben ein Ding ſey. Is enim eſt, qui cùm Imperatore unum & idem tribunal & conſiſtorium habere cenſetur. *Schonborner 5. polit. c. 15. Sixtin. de Regal. lib. 1 c. 4. n. 10. Paurmeiſter. de juriſd. lib. 2. p. 1. n. 126.* Sed noſtram theſin potiùs intellectam volumus de electo Romanorum Rege, vivo Imperatore, qui ipſi mandatum cum libera dedit. Cujus vi regulariter omnia facere poteſt, quæ ipſe Imperator, cujus vices gerit, plerunque facere ſolet. *Iſernia in c. Imperialem in pr. de probib. feud. alien. Jacob. de S. Georg. de feud. Verb. Vicarius perpetuus n. 9.* niſi expreſsè quid eſſet prohibitum, ut ipſe Imperator plerunque facere non ſit ſolitus, in quo caſu ſpecialiſſimum Cæſaris mandatum requiritur. Hinc *Joach. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th.* 23. ſcribit, Rex Rom. nihil differt ab Imperatore, niſi ambitu minoris circuli, ſicuti ſcapha differt à navi *l. ſcapham de evict. l. fin ff. de fund. inſtruct.* Pateſcit itaque, cum Rex Rom. vivente Imperatore electus, nomine ac vice Cæſaris in ejus abſentia, cunctas res peragat, ipſum ſuo nomine nullam in Imperio Rom. habere poteſtatem. Sic enim Proteſtantes Anno Chriſti 1532. Schvvinfurti cum Cæſare convenerunt, ut ſi quando Romanus Rex crearetur vivo Imperatore, non ſuo, ſed Cæſaris tantùm nomine Rempublicam adminiſtraret, nec ullam ſibi poteſtatem aut imperium arrogaret; Principes atque ordines Imperii non tenerentur ei ulla fide, aut jurejurando, niſi poſt mortem Cæſaris, ut habent capita tranſactionis Schvvinfurt. apud *Schleidan. lib. 8. fol. m. 223.*

Regi

XLI.

[redacted] Rom. non multùm abſimiles ſunt, in Gallia delphini, in Hiſpania Infantes Regni, in Anglia Normanniæ Duces, quâ recuperatâ à Gallis, Principes VVалliæ dicti, In Scotia Principes Cumbriæ, *Arnold. Clapmar. lib. 2. de arcan. Rerumpubl.* qui omnes tanquam ſuperio-

riorem non recognoſcentes à ſe provocandi beneficium non concedunt. *Lancellot. in templ. omn. judic. c. 2 § 3. Verb. magnitudine Regum.* Id juris etiam habent quævis Reſp. liberæ, quæ ſuperiorem non habent, veluti Belgarum, Venetorum, Helvetiorum. *Peregrin. tr. de iis qui jura fiſci habent n. 62. lib. 1.* De populo enim & Civitate ſuperioris neſcia idem judicatur quod de Principe. *Beſold. tr. de appell. c. 2. n. 2. Gail. lib. 1 Obſ. 57. n. 7. Decius Concil.* 352.

XLII.

Sicut autem aliàs communiter ſupereſt remedium ſupplicationis, ſi ſententia lata ſit ab eo, à quo propter excellentiam ac ſupremam poteſtatem appellare non licet. *l. ſi quis 5. cum Auth. ſeq. C. de precib. Imp. off.* Cùm etiam alias nunquam per quamcunque probibitionem imploratio officii Judicis probibita aut excluſa cenſeatur. *Roman. Conſil.* 325. *Marſ. in prax. §. opportunè n. 52.* Ita & à dictis perſonis, quæ ſuperioris neſciæ ſunt, licet propriè appellari non poſſit, tamen ejus invicem gravato conſulitur via regreſſus ac ſupplicationis à malè informato ad melius informandum, qua ipſarum benignitas imploratur, ut attentius pleniusq; velint cognoſcere negocium *Petr. Gregor. 2. de appell. lib. 3. c. 9.* Quo provocandi genere uſi ſunt coram Cæſare Duces Lunæburgenſes Henric. & Guilhel. in cauſa inter ipſos ab una, & Civitatem Magdeb. & Hamburg. ab altera parte vertente Anno 1569. menſe Auguſto *teſte Dauth. de teſtam. p. 37. in fin.* & Dn. VVigandus Epiſcopus Bambergenſis à Carolo V. malè informato contra Albertum Marchionem Brandeburgenſem appellavit cujus præjudicium Anno 1557. typis excuſum eſt, *teſte Joh. Dauth. juniore in miſcell. quæſt. jur. pub. q. 2. th. 4.* Quo provocationis genere etiam uſus eſt D. Lutherus Anno 1518. dum à Papa malè informato, ad melius informandum appellavit *Sleid. lib. 1. de ſtat. Relig.* Sed à Papa, non tantùm malè informato, ſed ſimpliciter & regulariter appellari poteſt, quod in Imperatore non obtinet. Eſt enim Concilium Oecumenicum ſupra Papam, quare ad illud rectè à Papa appellatur. *Apolog. Cathol. Pariſiis Anno 1586. excuſa p. 2. fol. 132. Creutzhaim in Chronolog. p. 2. lib. 6. fol.* 317. ibi, Beſchluß des Concilii.

XLIII.

An verò à ſententiis Vicariorum, vacante imperio latis, provocari ſeu appellari poſſit, non injucundæ eſt quæſtionis. Sed negativæ ſubſcribimus. Vacante ſiquidem imperio à ſententiis Vicariorum legitimè latis, nec ad Imperatorem, quia non appellatur à Vicario ad eum, cujus eſt Vicarius *l. 1. §. ab eo ff. à quo appell. c. Romana de app. lib. 6. Reſolutiones Scabinor. Lipſenſ. q. 106. n. 8. Maranta p. 6 de app. n. 380. Eibertus Mohr diſp. de jurisd. c. 2. th. 7.* Cùm utriusque tribunal idem ſit, nec ab eodem ad idem tribunal appellari poſſit, ſed ad eum, ad quem appellaretur, ſi ipſe cujus vices ſuſtinet, judicaſſet. *Gerlac. Buxtorff. ad A. B.*

A. B. Caroli IV. Concl. 63. nec ad Cameram appellari poteſt, Cùm etiam Judicium Camerale Vicariatui ſubjectum ſit, quod ex obſervatione Imperii de Anno 1519. ac 1612. nec non expreſſa Caroli V. confirmatione, quam refert *Goldaſt* in Reichsſatzung *p.* 242. comprobatum eſt ac d. anno 1612. 6. Maji proceſſus ſub utriusque Vicarii nomine, & communi ſigillo expediri ceperunt. *Buxtorff. d. loco Concl.* 59. & 60. Diſſentit *Maranta in ſpec. aur. p. 6. de app. n.* 388. putans, vacante Imperio indiſtinctè appellari ad Papam, etiam omiſſo medio.

XLIV.

Sed aſſertioni noſtræ, qua theſi 40. diximus Imperatorem ac Regem Rom. ſummum imperium habere, reſiſtere videtur C. V. §. fin. Aureæ Bullæ, ubi dictis Perſonis Judex, Palatinus ſc. Rheni, coram quo conveniri, ac ſuper cauſis civilibus ac pecuniariis, pro quibus impetiti fuerint, reſpondere teneantur, conſtituitur, qui olim moribus ac conſuetudine tantùm illorum Judex fuiſſe perhibetur Schwabenſpiegel *lib.* 1. *c.* 20. §. 4. & *lib.* 2. *c.* 43. §. 6. ubi ita legitur, Der Pfaltzgraff zu Rein iſt zu Recht Richter uber den König vnd davon hat die Pfaltz viel Ehr. *Gerlac. Buxtorff. ad d. c.* 5. *A. B.* §. *fin. Concl.* 77. & 78. Non tamen alibi prætterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator ſeu Rex Rom. præſens extiterit, illud judicium exercere poterit, vel ſecundùm German. verſionem etiam alio loco ubi Imperator præſens eſt *Buxtorff. d. Concl.* 77. *lit. f. Beuſt. in l. admonendi n.* 194. *ff. de jurej.* Si verò Imperator ut Dux vel Comes lite pulſetur, tunc ad Auſtregarum judicium vocandus erit. *Vult. l.* 1. *n.* 9. *C. ubi Senat.* & Imperatorem in Camera reſpondiſſ. refert *Schwanman Obſ. Cam.* 20. & *deciſ.* 2. *n.* 32.

XLV.

Attamen Imperator aut Rom. Rex coram Comite Palatino conveniũtur, non ut ſuperiore aut Magiſtratu, vel æquali, ſed quia ipſi, quodammodo depoſita majeſtate Imperatoria, cognitioni Comitis Palatini, quantumvis inferioris ſeſe ſubmiſere, quo Imperatoriæ Majeſtati nihil prorſus detrahitur. De jure ſiquidem civili receptum eſt, ut ſi quis major vel æqualis ſubjiciat ſe jurisdictioni alterius, poſſit ei & adverſus eum jus dici *l.* 14. *de jurisd.* Reges etiam Galliæ Parlamenti Pariſienſis judicium ſubire coguntur. *Hottom. in Franc. Gallia c.* 8. Ea enim in re tantùm abeſt, ut quicquam ejus majeſtati detrahatur, ut eo nomine ſecuriorem eam faciat *Papon.* 2. *notar. c. diviſion del' ordre de plaider fol.* 23. ac ſecundùm Bodinum *lib.* 2. *de Rep. c.* 1. Monarchiâ Francorum nulla magis Regia fingi poteſt.

XLVI.

Sic quoque Reges Hiſpaniæ in conventibus triennalibus jus dicunt, & jus ſibi dici patiuntur. Ita in Anglia ſi Regi aut Principi cum

alio lis eſt, mox Curia major, quæ ex Pontificibus ac Patritiis conflatur, mox etiam ab eo magiſtratu, quam ipſi Angli Juſtitiam magnam vocant, cognoſcit *Thom. Schmith de Rep ac adm. Angl.* ſicut in Arragonia à Juſtitia Arragonica *C. Borell. de præſtant. Reg. Cathol. c. 46. n. 54.* In Dania univerſus Regni ſenatus, ſi Regi cum aliolis eſt, judicare ſolet. *Arniſæ. lib. 1. de jur. Maj. c. 6. n. 11.* Ac Electores ac Duces Saxoniæ coram Aſſeſſoribus Curiarum ſupremarum de bonis ſeu reditibus ærarii ſive Cameræ, vor Ihre Churf. und F. Gn. Gn. Hoffgerichte wegen derſelben Cammergüter conveniuntur. Churf. Sächſ. Oberhoffgerichts-Ordnung zu Leipzig. Rubric. Wer vor das Oberſte Hoffgerichte. Nec tamen quiſquam tàm delirans fuerit, ut curias illas, propterea Ducibus Saxoniæ dignitate aut ſuperiores aut pares eſſe dixerit. Sic Archiduces Auſtriæ cum ſint immunes à juriſdictione, ortis Controverſiis aliquem è ſuis Vaſallis judicem conſtituunt, coram quo conveniantur & jus accipiant. *Cuſpin. in Auſtria p. 37. Michel Schifer de orig. vel poteſtate Elector. th. 76.*

XLVII.

Sed obſiſtere adhuc videtur, quod dicit *Paurmeiſter. lib. 2. de juriſdict. c. 3. n. 1.* Pontificem Romanum in toto Imperio habere juriſdictionem, Cùm Pontifex ſuperiorem non agnoſcat, neque enim ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à Regibus judicabitur *c. nemo 13. q. 3.* Cunctis enim ipſe judicaturus à nemine eſt judicandus *c. ſi Papa 6. diſt. 40.* Inſuper innumerabilia præjudicia proſtant, ex quibus Pontificis ſummam juriſdictionem ſtabiliri poſſe videtur, inter quæ ſufficit jam exemplum Bonifacii IIX. adduxiſſe, qui Albertum Auſtriacum Imperatorem ab Electoribus bis electum liberis ſuffragiis & tertio confirmatum confirmare recuſavit, quamvis præter decus Majeſtatis Imperatoriæ ter ſollicitatus fuerit, negans potuiſſe eam abſque conſenſu ſuo eligi cujus authoritas tam ſpiritualis, quàm ſecularis ſumma eſſet in regna & imperia, Quam ſuperbam ſententiam, ut faſtu aliquo inſigni firmaret, prodiit in publicum Hiſtrio ille, enſe accinctus, corona ornatus jactitans ſe & Papam eſſe & Cæſarem *Andr. Alciat. de forma Rom. Imp. Cluten. in ſyllog. rer. quotid. th. 5. lit. g.* In recenti etiam memoria eſt, quod Ferdinandi I. Imperatoris Legato Gutzmanno à Paulo Pontifice acciderit, qui ad nunciandum ipſius Electionem Papam adierat, dimiſſus, poſtquam 3 integros menſes Romæ Pontificis authoritatem, expectaſſet, id reſponſi accipiebat, ſe, Pontificem ſc. pernegare, licuiſſe aut Carolo V. Imperium alii, quàm ipſi Pontifici cedere, aut Ferdinando Imperii adminiſtrationem abſque Pontificio conſenſu ſuſcipere. *Jacob Franc. in Comm. de reb. Gall. e de anno 1589.*

XLIIX.

Sed commodè reſponderi poſſe puto, *ex c. nos ſi incompetenter 41. q. 7*

§. 7. ex quo probatur, Pontificem eſſe ſub jurisdidictione Imperatorum, cùm etiam olim ſubjecti fuerint Imperatoribus & Populo Rom. *c. ſundamenta 17. de Elect. in 6.* Vana enim tunc cleri ac populi Electio habita fuit niſi Imperatoris auctoritate confirmata fuiſſet. *Platina in vita Severini I.* Juſtinus Imperator Hormisdæ I. Mauritius Tiberii gener Pelagio II. & Gregorio I. ſedis Apoſtolicæ auctoritatem confirmaſſe leguntur. Poſtea Imperatores Conſtantinopolitani ſuos Ravennæ Vicarios, quos Hexarchos dixerunt, conſtituerunt, eosque in hujus juris ſocietatem admiſerunt, ipſisque inter cætera dignitatis privilegia, Pontificis quoque Romani approbandi auctoritatem contulerunt, & concrediderunt. *Joach. Cluten. in ſylloge rer. quor. tb. 5. lit b.* Non minus ſcitè quàm veriſſimè igitur ſcripſit *Cluten. in dicta Syll. tb. 6.* Si inter omnes omnium terrarum Reges & Principes Pontifici Romano primam ſupremæ Majeſtatis teſſeram, omnemque prærogativam ſartam tectamque relinqueremus, nihil aliud omnium rectè ſentientium judicio foret, quàm impudicæ cuidam lupæ triobulari in honeſtiſſimo Matronarum Gynæceo primum dare ſubſellium. Hinc optumè Petracha exclamavit nel Sonnetto 106. 108. de' ſuoi trionfi.

Fondata in caſta & humil povertate
Contra tuoi fondatori alzi le corna
Putta facciata, & dou' hai poſta ſpene?
Gia non foſti nutrita in piume altezzo
Mà nuda al vento, & ſcalza fra li ſtecchi:
Hor vivi ſi, ch' a Dio ne venga il lezzo.

Joan. de Imola in Comm. ad c. 13. Ext. de judic. n. 9. & n. 19. diſtinguit, putans jurisdictionem quidem ſpiritualem ſummam Pontifici competere in toto obe Romano, non tamen temporalem ſive ſecularem. Sed in Imperio Proteſtantium quàm ſaluberrimè & juſtiſſimè cuncta Pontificis Eccleſiaſtica jurisdictio ſublata eſt. R. A. de anno 1551. & 1556. *Schonb. lib. 4. c. 6. in polit.* Hinc nimis tersè ac verè dixit D. Bernhard. ad Eugenium Papam. *lib. 25. Conſid.* Quid fines in vadis alios, memineris tibi miniſterium eſſe impoſitum, non dominium datum; Diſce tibi ſarculo opus eſſe, non ſceptro ut opus facias Prophetæ. *Calvin. lib. 4. c. 11. ſect. 11. & 14.*

XLIX.

An verò Civitates poſſint de non appellando ſtatuta condere dubitatum fuit? Sed negandum id puto, Via ſiquidem appellandi, tanquam theriaca precioſſima contra venenoſas malè judicantium ſententias, nemini intercludi debet. Appellatio ſiquidem ſaluberrimè veneno iniquæ ſententiæ vel imperitiæ judicis mederi poteſt. *c. 1. de appell.*

pell. c. placuit 2. q.6. Imò Judices, niſi ſpecialiter privilegiati ſunt, ſi appellationes non admittant, Jure Civili puniuntur 30. libris auri. *l. quoniam C. de appell.* Jure verò Canonum arbitrio ſuperioris *c. de priore Ext. de appell. Henr. Bruning. de variis univerſ. ſpeciebus th. 56. Balduin. Peruſin. tract. de ſtatut.* §. *appellare n. 3. fol. 793.*

L.

Privilegia de non appellando jam quod attinet, quorum mentionem feci ſupra th. 21. duplicis generis ea reperiuntur, Perſonalia aut realia, Illa; veluti quando Imperator Judicem dat ne ab eo appelletur, insertâ reſcripto clauſulâ, appellatione remotâ, *Mynſing. Cent. 1. Obſ. 3. Andr. Gail. lib. 1. Obſ. 33. n. 5.* Quâ forma nemo alius præter Principem, ſeu qui ſuperiorem non recognoſcit, Judicem dare poteſt *Br. in l. omnes populi n. 27. ff. de juſtit. & jur. Meichſner. tom. 3. deciſ. Camer. 28. n. 3. VVurmbſ. tit. 24. Obſ. 29.* Alioquin hac ratione appellationis beneficium planè tolleretur *l. 1. §. fin. ff. à quib. app. non lic. VVeſemb. in parat. ff. eod. n. fin.* Ea verò formulâ ſæpiſſimè Judices datos à D. Marco teſtis Ulpianus eſt *in d. l. 1.* Auctor quæſtionum in libros Codicis editus à Vito Polanto *lib. 3. Cod. tit. 1. q. 7.* Neque iſtam clauſulam de fruſtratoria & moratoria appellatione, quæ inibi prohibeatur, accipiendum eſſe arbitror, tunc enim cum jure communi conveniret. *Maranta in Spec. aur. p. 6. de app. n. 336.* Excipiendum tamen puto caſum, quando quis à tali judice, appellatione remota, conſtituto, in locum non tutum citatus fuerit, tunc enim appellari potis erit *c. ex parte 47. de appell.* niſi literis ſalvi conductus plenè & ſufficienter de periculis ei cautum fuerit *c. accedens 2. Ext. ut lit. non conteſt. Matt. Coler. p. 4. c. 1. n. 172 & ſeqq. de proceſſ. execut.* nec obſtare puto, quod clauſula remota recuſatione ſuſpecti a Dd. intelligatur de frivolis & levibus, non autem de gravibus & legitimis ſuſpicionibus *c. ex parte 13. ext. offic. Jud. deleg. Gail. lib. 1. Obſ. 33. Lancellot. tr. de attent. p. 2. c. 60. n. 40. Magn. Dn. Foman. ad l. 16. q. 7. C. de Iudic.*

LI.

Realia vel abſolutè talia, vel reſtricta ad certam ſummam: Abſolutè talia conceſſa ſunt Proceribus S. Palatii, auditorium Principis conſtituentes *l. 34. C. de appell.* Ut & Patriarchis *l. 29 C. de Epiſc. aud. Nov. 139. c. 31.* Senatui, quod Edicto D. Hadriani effectum. *l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non lic. Bodin. de Rep lib. 1. c. 10.* Ante illud enim Edictum Senatus decreta retractari potuiſſe memorabilis locus apud Plinium *lib. 6 Epiſt. 5. & 13.* arguit, & explicat Aerod. *lib. 1. tit. 1. c. 23.* nempe in cauſis quæ à Senatu judicabantur, apud alios παλινδικία ſeu retractatio induceretur. *Cujac. ad Nov. 82.*

LII.

LII.

Huic Senatui ferè æquiparantur, extremis appellationibus cognoſcendis ad aptata Exedria, in Galliis Parlamenta, in Italia Rotæ & Senatus, in Hiſpania Conſilia, quibus rectiſſimè connumeratur Spirenſe illud Prætorium, quod Judicationis Imperatoriæ reverentiam repræſentat. Cammerg R. Ordn. *p. 2. tit. 27. & p. 1. tit. 27.* §. Vnd ſol der Verwalter. Reichs Abſ. zu Augſp. *de Anno* 1566. §. Wir ſetzen/ §. erſtlich/ §. ſo ſetzen/ §. vber das ſetzen/ §. wir ordnen. R. A. zu Regenſpurg *Anno* 1557. §. Nach dem das Keyſerliche Cammergerichte/ quod ordinaria Jurisdictione gaudet *Denaiſ. in adſert. jurisd. Cam. p. 43. Mynſing. Reſponſ. 24. n. 2. & ſeq. Arnold. Engelbrecht. de jurisd. Imper. th. 121. lit. a. Thomas Michel de jurisd. th. 33.* quippe quæ à lege Imperii & Imperatoris Commiſſione ei tributa eſt, quæ jurisdictionem ordinariam conferunt. *Gail. lib. 1. Obſ. 41. n. 5.* Qui enim ex lege habent Jurisdictionem, illi haud dubiè ſunt judices ordinarii *l. mores cum ſeq. ff. de jurisd.* Quin à quocunque cauſæ avocari non poſſunt, eſt ordinarius, & propriam habet jurisdictioem. *Didac. Covarr. in c. ut noſtrum de appell. Gail. 1. Obſ. 41. n. 3.* Cammerge R. Ordn. *p. 2. tit. 35. ibi*, daß dem Keyſerlichen Cammerge Richt ohnverhindert einiger Reſtitution, Supplication, Avocation, oder ander Suſpenſion vnd Auffſchlag / ſein freyer / ſtarcker / vnverhinderter Lauff gelaſſen. R. A. zu Augſpurg *Anno* 1530. §. Dieweil nun vnſer Cammergericht das oberſte vnd letzte Gericht. *Receſſ. Imperii de Anno* 1531. §. Ferners als. Cammerge R. Ordn. *d. p. 2. tit. 2.* Nullum enim aliud judicium eſt, quod ea majotem habet authoritatem, cum ſummo nihil detur ſuperius. *Ariſt. 3. Polit. c. 5. Magnificus Dn. Bertram in diſſert. de pace Relig. th. 116.*

LIII.

Multum itaque errat Guido Papa, ſcribens, quod ab Imperatore ſeu Camera Imperiali ad Pontificem appellari poſſit, ſed benè ipſius dogma refutat *c. ſi duobus 7. §. fin. Ext. 1. de appell.* Hinc Henricus 3. Imper. ſub atteſtatione divini nominis affirmabat, teſte Schaffneburg, ſe in eum ſi quis id præſumpſiſſet, capitali ſententia animadverſurum, & omnia quæ ejus eſſent, usque ad internecionem diſſipaturum, clademq; ejus diei, multis poſtea ſeculis non abolendam. Unde cum olim quidam etiam in pia & tutelari cauſa à Camera ad Pontificem appellaſſet, ut contemptor jurisdictionis Imperialis in 100. marcas auripari, cum refuſione expenſarum condemnatus fuit, quæ ſententia pronunciata fuit 20. Februarii Ann. 1612. hiſce verbis, Daß den Beklagten jhr Appellation von einer Vrthel an dieſen Cammergericht geſprochen an Bäpſtliche Heiligkeit gethan/ demſelbigen Camergericht inſinuiret, als zur Schmach/ Veracht / vnd Verletzung Keyſ. May. Hoheit vnd zu Abbruch derſelben Majeſtet/ vnd des heiligen Reichs obriſten Jurisdiction, freventlich für-

 ge-

genommen/keines weges gebühret noch geziemet: Sie auch derhalben die pœn der Rechten vnd andere merckliche Bus vnd Straff verwircket haben: Darein wir ſie gefallen zu ſeyn erklären/vnd ſolche pœn, Bus vnd Verwirckung hiemit dieſer Vrthel auff hundert Marck löthiges Goldes in den Keyſerlichen vnd Reichs fiſcum zu bezahlen maſſigen. *Gylman. Symphor. tom. 3. lit. a. in materia appellationis fol. 31 Beſold. tr. de appellat. c. 4. n. 7. p. 120.* In Gallia, eum qui à lege per Regem lata Papam appellaverit, Majeſtatis reum deferri poſſe, & Principali & Curiæ Pariſienſis decreto cautum eſt 5. Calend. Mart. 1417. *Recueil del' arreſt libr. 2. tit. 1. Arreſt. 2.*

LIV.

Ne verò per Cameræ Imper. quæ provocationem à ſe excludit, deciſionem alicujus juri præjudicium inferatur, ab Imperatore ac ſtatibus Imperii ſaluberrimè Judicium reviſorium inſtitutum eſt, quo ei, qui Camerali Deciſione ſe aggravatum legitimè exiſtimat, abundè ſuccurritur ac proſpicitur, ac etiam per id remedi Judex ac Aſſeſſores Cameræ circa decidendas lites circumſpectiores redduntur. Cammerge R. Ordn. *p. 3. tit.* von Reviſion vnd Beſichtigung der Acten vnd geſprochenen Vrtheln an Keyſ. Cammergericht. Auch Syndicat oder Vrtheiler / vnd wie es mit dem allen gehandelt werden ſol. Reichs A. zu Regenſpurg *An. 1598.* §. wie vnd welcher geſtalt. *cum* §§. *ſeqq.*. Cujus judicii formam ac requiſita magnificè ac egregiè exhibet *Magnificus Dn. Bertram in diſſert. de Comit. Imp. Rom. th. 12.* Sed à ſententiis reviſorum, quibus confirmant ſententias Judicii Cameræ, nulla prorſus admittitur appellatio, *d. p. 3. tit. 53.* §. Im Fall aber, da die Vrthel.

LV.

Præfectis inſuper Prætorio reale privilegium non provocandi in jure conceſſum reperimus *l. unic.* §. 1. *ff. de præfect. Prat. l. Præfecti 17. ff. de minor. l. 19.* §. 1. *l. 30. C. de appell.* Aliud tamen remedium, ſupplicationis puta, cõcedebatur *l. 1. C. de ſent. Praſ prætor. l. 5. C. de prec. Imp. offer. ſeu, uti Heigi9 quaſt. jur. Civ. & Sax. p. 1. q. 10. n. 45.* loquitur, Retractatio ἀναψηλάφησις Græcis dicta, litigatorib. permiſſa erat, ut libellus didaſcalicus, vel ipſi Præfecto Prætorio intra dies 10. à tempore latæ ſententiæ offerretur vel Præfectianis. Quorum ad inſtar vigore A. B. Electorum Imp. Rom. tàm ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum ſententiam ſub appellationis cenſuram revocare non licet, excepto caſu denegatæ Juſtitiæ. Gülden Bulla *Caroli IV. tit. II. Gerlac. Buxtorff. in diſſert. ad A. B. th. 94. Petrus Heig. lib 1. quaſt. 4. & q. 10. n. 32. Matth. VVeſemb. Conſil. 200. n. 113.* Non enim deneganda eſt facultas conquerendi apud ſupremum, de manifeſtis injuriis Magiſtratuum inferiorum *D. Bachovius ad diſp. fin. p. 2. Treutl. th. 1. lit. a.* Aliàs enim injuriam aliquam ſaperent privilegia non appellandi Principibus data, neque quod apud hujusmodi ſtatus privilegiatos alia judicia inferiora ſunt, juſta ſatis ea privilegia efficere poſ-

poſſint, ſi naturam appellationem ſanciat. Prædictum tamen privilegium nihil commune habere cum cauſis in prima inſtantia ad Cameram Imperii pertinentibus exiſtimat *Ampliſſimus ac Conſultiſſ. Dn. D. Arumæus ad A. B. c. 11. th. 19. Thomas Michel. de jurid. th 26.* Integra quippe in iis contra Duces Cameræ eſt Jurisdictio, ſicut anno 94. ad inſtantiam M. K. contra A. D. E. S. D. N. K. G. betreffend/ mandatum ſine clauſula de adminiſtranda Juſtitia in Camera decretum fuit. *Matt. VVeſemb. d. Conſil. 200. n. 113. verb.* So redet doch dieſelbige in aliis terminis & Judiciis inferioribus SubElectoribus.

LVI.

Eccleſiaſtici ut & Elector Palatinus per Contrarium uſum hoc privilegium perdiderunt, & ſuæ A. B. ſponte renunciarunt. *Schurff. Conſil. 29 Cent. 3. n. 1. Andr. Knich. in Comm. de Sax. non prov. jure n. 28. & ſeq.* Obtento tamen ab Imperatore privilegio peculiari ad certam ſummam, de quo dicam infra th. 60. Bohemiæ verò Rex Saxo Brandeburgicus illud ſartum tectumque huc usque conſervarunt, ac Electori Saxoniæ hoc privilegium ſpecialiter confirmatum eſt à Ferdin. I. Anno 1559. & Brandeburgico Electori à Rudolpho II. Anno 1586. Quod non provocandi privilegium etiam Ducibus Saxoniæ conceſſum eſt à Ferdinando I. de Anno 59. 2. Maji, ac Rudolpho II. de Anno 1596. *Petrus Heig. p. 1. q. 4. n. 42.* Hinc in Conſtitutionibus Ducum Saxoniæ tit. 16 graviter ita conſtitutum eſt, Were es auch Sache daß ſich jemandes/ wer der were, in unſern Landen/ Herrſchafften und Gebieten geſeſſen/ an den ordentlichen Gerichten in unſern Landen nicht würde begnügen laſſen/ Sondern davon beruffen und appelliren/ Oder ſonſten ausländiſche Gerichte wider die unſern/ zuwider der löblichen und im Hauſe zu Sachſen wolhergebrachte Freyheit und Gewonheitſachen/ der ſol ſeiner Lehn und Erbgüter verluſtig ſeyn/ Oder in mangel deroſelben am Leibe geſtrafft werden

LVII.

An verò in Domo Saxonica, ubi remedium Ordinarium appellationis ceſſat, extraordinariam ſupplicationis, uti in Præfectis Prætorio fit, admittatur? Negamus cum Dan. Mollero *in Semeſtr. lib. 1. c. 38.* qui ſcribit, quoties ejusmodi ſupplicationes porrectæ fuerint, toties rejectas, nunquam admiſſas eſſe, quia alio beneficio gravatis abundè proſpectum Leuterationis ſc. primæ & ſecundæ Ordinat. Provincial. & Conſtit. Electoris Auguſti 19. p. 1. von Leuterungen und Oberleuterungen.

LIIX.

Hic verò dubitatio exoriri poteſt, Cùm omnes appellare prohibiti, non prohibeantur dicere de nullitate. *Vant. tr. de nullit. Rubric.*

quæ

quis poſſit dicere de nullitate n. 36. & 38. *Matt. VVeſ. Conſil.* 200. *n.* 114. *Dec. Conſil.* 533. an quoque cùm à Ducibus Saxon. provocandi beneficium denegatum, nullitatis querimonia ſublata ſit? Negat id *Thom. Mich. th.* 26. *lit. e. in fin. de jurisd.* ſtyloque Cameræ eam comprobari adſerit, & pariter mandata, contra Duces Saxon. decerni teſtatur *Compilat. præjud. Cam. tit. de perſ. privil Gail.* 1. *Obſ.* 135. *n.* 4. Sed ſanè Contrarium potiùs cum *Ampliſſ. ac Conſult. Dn. Arumæo, th.* 17. *ad c.* 11. A. B. ſtatuo, ob ſolidiſſima quibus ſua Excell. utitur argumenta. Cùm receptiſſimi juris ſit, Exceptionem nullitatis executionem trium conformium ſententiarum non impedire. *Octav. Veſtr. in pract. lib.* 8. *c.* 1. *n.* 7.

LIX.

Præterea à Ducibus Auſtriæ non appellatur ex privilegio à Frider. I. Anno 1366. ſingulariter conceſſo, & à Frid. II. confirmato Anno 1545. *Goldaſt. tom.* 1. *Conſt. Imp. fol.* 85. nec à Duce Lotharingiæ, Lotharingiſcher Vertrag zu Nürnberg auffgerichtet Anno 1542. nec Burgundiæ Duce Burgundiſcher Vertrag Anno 1548. 26. Maji zu Augſpurg auffgerichtet/ ut nec à VVirtembergico, Fürſtliche Wirtembergiſche Hoffgerichts Ordnung *p.* 1. *tit.* 2. & *tit.* 53. Ubi tamen excipiuntur cauſæ Contributionis, fractæ pacis publicæ, & ſalvi Conductus *Mynſing. Cent.* 5. *Obſ.* 58. adeò ut & in Camera per fiſcalem contra eos procedi poſſit, *Gail. de Arreſtu c.* 6. *n.* 15. *Pet. Frid. Mindan. de proceſſ. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 5.

LX.

Ob privilegia reſtricta ad certam ſummam etiam appellari ad Cameram Imperialem nequit, niſi ſumma præfinita excedat V. G. apud Electores Trier 500. Rheinfl. in Gold. Cölln 500. in Münß. Pfaltz 1000. fl. in g. Apud Epiſcopos 600. fl. m. in realibus. In perſonalibus vero & mobilibus 400. fl. m. Lüttich 1200. fl. g. Brixen 300. fl. m. Metz 500. fl. g. Verdun 500. fl. g. Apud Principes ſeculares Beyrn 500. fl. m. Braunſchw. 300. fl. g. Pomern 300. fl. g. Meckelburg 300. fl. g. Heſſen 600. fl. g. Die Reichsſtädte. Regenſpurg 400. fl. m. Nürnberg 600. fl. m. Memmingen 600. fl. m. Straßburg 600. fl. m. Franckfurt 200. fl. m. Cölln 300. fl. g. Lübeck 200. fl. Lüb. Hamburg 600. fl. g. Bremen 600. fl. g. Münſter 200. fl. Schweinfurt g. 200. fl. m. Hall in Schwaben 200. fl. m. &c. *Vid. Frider. de proceſſ. lib.* 1. *tit. de privilegiis quorundam ſtatuum.* Prædictas verò ſummas nonnunquam mutari ac augeri Reip. Germ. magni intereſſe, cum ſc. in Camera in dies augentur lites notat *Anton. Coler. de jur. Imp. Rom. ſect.* 21.

LXI.

Viſis jam, quomodo attentata ex cauſa appellationis fiant, reſtat, ut & de modo revocandi ea paucis quid ſubjiciamus. Duplici verò via re-

revocatio iſta expeditur,una directæ ſc. petitionis, & ordinarii judicii, ſimul cum cauſa principali,quâ expectato cauſæ principalis eventu, beneficio injuſtitię poſſunt per ſententiam in cauſa principali revocari *Fr. Hercul. c. 11. n.* 1. Qua ratione requiretur libellus, & cum proceſſu principali poterit aptari & ordinari,& cumulari,& circa terminos,& circa probatoria,hanc vel illam cauſſam ſuſpendendo, quousque ſimul decidi poſſunt,ad arbitrium Judicis, *juxta text. L.*1 *C. de jur. delib.* Et ideò hoc caſu libellus erit clarus parte opponente. *Dec. in c. conſuluit col.* 3. *de appell.* Modum formandi libellum ſuper revocatione attentatorum exhibet *Speculator in tit. ut lit. pend. ac Noa Meuer in pract.* der Reyſ.Cammerge R. Ordn *parte* 2. *pag. mihi* 114. Qua via etiam proceditur in judicio Camerali ſi ſ. attentata non ſunt notoria, ac in continenti probari nequeunt. Cammerg R. Ordn. *p.* 3. *tit.* 31. §. vnd dieweil biſsher / *in Verb.* Ordnen vnd ſetzen wir / daß fürhin *Cauſa attentatorum* mit vnd neben der Hauptſach gehandelt / vnd keine durch die ander verhindert / oder auffgehalten werden ſol. *Mynſing. Cent.*3. *Obſ.*33. Sic cauſa Attentatorum neceſſariò tractanda erit cum negotio principali, in omnibus caſibus,in quibus conſtat,attentata ante omnia non eſſe revocanda. *L. ſi conſtiterit C. fin. regund. Fr. Herculan. c.* 14. *n.* 20. *Innoc. in c. conſtitutus de filiis presbyter. & c. ſignificaſti de divortiis.* Ut ſi de jure petentis revocari attentata notoriè non conſtaret, *Octav. Veſtr. in pract. pagin.* 684.

LXII.

Altera via, qua proceditur extra ordinem,judicii ordine non ſervato,per officium Judicis,quo magis properantes petimus ante omnia attentata revocari,In quo caſu non requiritur libellus, nec litis conteſtatio. *Veſtrius in pract. p. m.* 650. Et per hanc viam reſultat effectus ſuſpenſivus, ut interim taceatur de negocio principali *per c. non ſolum* 7. *de app. in* 6. Et id non ſolùm in negocio principali,ſed & in cauſa nullitatis ſi ea penderet, Ita quod eſſet prius providendum ſuper attentatis,quàm ſuper nullitate *Afflict. Deciſ.* 98. *n.* 4. Hac verò via procedendi Cam. Imp. non utitur,niſi eo caſu ubi attentata ſunt notoria aut in continenti probari poſſunt. Cammerge R. Ordn. *d. p.* 2. *tit.* 31. §. Vnd dieweil bißher aus dem / daß die *Cauſa attentatorum* je zu Zeiten / ohne die Hauptſache erortert worden / nicht geringer Verzug der Sachen erfolget iſt / ordnen vnd ſetzen wir / etc. Es were dann / daß die Attentaten offenbahr / oder ſonſten in *continenti* möchte dargethan vnd bewieſen werden / In welchem Fall dann dieſelben vorallen dingen revociret vñ abgethan werdẽ ſol. An verò Electio unius prædictæ viæ agendi alteram excludat ac tollat, intricatiſſimæ ac longè controverſæ eſt quæſtionis, ſed tamen cum Rota

Rom. ſtatuimus, quod litis Conteſtatio in ordinario judicio facta, non impediat, quin paſſus attentata poſſit reverti ad viam Extraordinariam, implorando Judicis officium, ut imprimis & ante omnia revocet, ſi ſc. attentatorum cauſa ita fuerit qualificata. *Rota deciſ. 185. in no. ſi pars rea de app.* & ratio eſt ſecundùm Patres ibi, Quia iſta revocatio poſſit peti in quacunque parte judicii *d. c. non ſolum.* Aliquando etiam Judex ex mero officio & proprio motu, parte non petente poteſt revocare attentata, qſ. ad pœnam ſui contemptus *Caſſiod. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. Rom. Conſil.* 14. & ita ex officio revocata eſſe attentata in cauſa Bockenhauſen contra Pfiſterſeldt / docet *Gailius lib.* 1. *Obſ.* 146. *n.* 7.

LXIII.

Agenti verò ad revocationem attentatorum duo potiſſimùm probanda incumbunt. 1. Innovationem illegitimam eſſe factam. 2. Appellationis pendentiam, tempore quo fuit innovatum. *Veſtr. in pract. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 18. Non gravatur tamen hoc judicio actor probatione ſuæ poſſeſſionis in re, vel coloratione tituli poſſeſſionis ſuæ, circa cujus poſſeſſionem diceretur attentatum. *Innoc. in c. dilecto de major. & obed.* In revocatione enim attentatorum non quæritur, an quis poſſideat, ſed attenditur ſolùm ſtatus primus, in quo erat pars, antequam attentaretur. Et in hoc eſt valdè privilegiatum remedium, Cùm nec proprietatis, nec ſpolii, nec Excommunicationis exceptio validè apponi poſſit. *Veſtr. in pr. d. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 30. *Mar. in pract. p.* 6. *de app. n.* 404. Attamen ſi ille, qui prætenditur attentaſſe, de jure præſumeretur, in attentato prætenſo extitiſſe, i. e. poſſediſſe, vel iſte contenderet, ſe in eo eſſe vel poſſediſſe tempore litis inchoatæ, ulterius inſtanti pro revocatione attentatorum hoc eſſet probandum, quod ſcil. ipſe inſtans poſſidebat tempore attentationis, vel Adverſarius non poſſidebat, ſi aderat præſumptio, vel cauſa veriſimilis quod ita eſſet. *Innoc. in c. benè de appell.* Quia talis non diceretur innovare, ſed jus ſuum continuare, Niſi actor præſumptionem poſſeſſionis rei contraria probatione dilueret, probando poſſeſſionem ſuam tempore innovationis. *Veſtrius in practica pag. m.* 651. Si verò quis diceretur per alium attentaſſe, non obtineret actor, niſi doceret, de mandato in perſonam illius, qui attentaſſet, & non ſufficeret in hac ſpecie, utpotè materia delicti, docere de generali mandato. *Lap. in c. cum qui de prebendis in* 6. Eo enim caſu requiritur ſpecialiſſimum mandatum. *Hieron. Manfred. p.* 5. *n.* 17. *ac Concl.* 15. *de attent. Fr. Hercul. c.* 15. *n.* 6. *& c.* 29. *n.* 147. Si verò Tertius attentarit, non eſt locus remedio attentatorum, niſi ille habuerit cauſam à Judice vel à parte litigante *Ro. Biſig.* 4. *de app. Manfred. p.* 1. *n.* 16. *& p.* 3. *n.* 17. *&* 18. *Hercul. c.* 29. *n.* 166.

LXIV.

LXIV.

Quæ verò dicta ſunt de beneficio ac revocatione attentatorum, ex cauſa appellationis pendentis, ea etiam ampliatur in aliis articulis juris, quibus ſc. litis pendentia inducitur, ac Judicis Juridictio ſuſpenditur atque ita primo ampliatur in Citatione, poſtquam à Judice competenti citatio formaliter emanaverit,&ad partem citatam pervenerit,vel per eum factum eſt,quo minus ad ejus notitiam perveniret *c. gratum de officio delegati. VVeſemb. in paratit. ff. de alien. mut. jud. n. 11.* Ut verò citatio litis pendentiæ effectum ſortiatur,requiritur ut in citatione cauſæ exprimantur, ob quas quis citetur, ut ita citatus de illis inſtructus eſſe poſſit. *Clem. fin. ut lit. pend. Fr. Hercul. c. 6. n. 7. Gail. 1. Obſ. 51.* Cammerge R. Ordn *p. 3. tit. 12.* §. Und ſollen. *Reuſner. lib. 2. deciſ. 22. n. 28.* Hinc omnis alienatio rei litigioſæ, vel ſi eſſet permutatio lite pendente revocatur per viam attentati, *l. 2. C. de litig. in verb. emptionib. vel quibuslibet aliis contractibus. Fr. Hercul. c. 29. n. 160. Hier. Manfrede Concl. 45. & Concl. 113.* Quoad efficiendam verò rem litigioſam multùm intereſt, an actio realis, an perſonalis fuerit inſtituta. In reali enim efficitur res litigioſa citatione ſaltem facta *Auth. litigioſa C. de litig. & Clem. fin. ut lit. pend. Gail. lib. 1. Obſ. 118. n. 4.* Quamvis judicium nondum ſit acceptum h. e. lis non ſit conteſtata *Matth. Coler. in proc. Exec. p. 3. c. 11. n. 19.* Et ita pronunciavit Scabinatus Jenenſis 11. Jan. Anno 1612. *Magnif. Dn. Foman. in prælect. ad c. fin. tit. decretal. de ſequeſtratione q. 11.* In Perſonali verò actione res redditur litigioſa per litis conteſtationem tantum,non verò per Citationem *l. cùm fundus 31. de R. C. & l. 2. C. de litig. Hart. Piſtor. p. 1. q. 40. n. 2. & 5.*

LXV.

De poſteriori verò maximè diſceptant Dd. an ſc. in actione perſonali litigium contrahi poſſit, & ferè communis Dd. opinio eſt, contra conventum actione perſonali, non revocari attentata. *Vital. in Clauſ. nil nov. Hieron. Manfred. Concl. 17. & Concl. 66. Hercul. c. 29. n. 98.* moti fortaſsè ea ratione,quod in perſonalibus non res, ſed actio per litis conteſtationem reddatur litigioſa, *d. l. 2. C. de litig.* Sed tamen puto Contrariam opinionem veriorem eſſe, ſi ſc. res actione perſonali principaliter petatur V. G. ſi Equus actione empti petatur, tunc non ſolùm actio, ſed & equus, ſive res de qua agitur ſit litigioſa *d. l. 2. cum ſeqq. & Auth. litigioſa C. de litig.* Quam ſententiam etiam Scabinatus Jenenſis ſecutus eſt 8. Octob. Anno 1613. *Magnificus Dn. Foman. in d. prælect. publ. ad c. 3. tit. decret. ut lit. pend. q. 4.*

XLVI.

Ampliatur 2. in libello Principi oblato. *l. 1. C. ut lit. pend. l. 1. C. quand. lib. Princ. dat. Fr. Hercul. c. 6. n. 14.* Quod tamen non ſimpliciter, ſed qualificatè verificari puto, quando nimirum libellum ſupplicem inſecutum fuerit reſcriptum Principis, *Maſcard. de probat. Concl.* 986. Inanis enim eſt libellus ſine reſcripto. Reſcripto ſiquidem conceditur jus conteſtationis *l. illam C. de donat. Cujac. in parat. C. quando libell. Princ. datus.* Ac hiſce in terris cauſæ ad dicaſterium provinciale, das Hoffgericht genant / deduci nequeunt, reſpectu litis pendentiæ, propter ſupplicationem Principi oblatam, & reſcriptum inſinuatum alii Judici Ordinario, quod præjudicium Dicaſterii provincialis Jenenſis 31. Januarii Anno 1609. factum comprobat. *Magnif. Dn. Fom. ad c. fin. Ext. ut lit. pend. q. 6.*

LXVII.

An verò lite pendente apud Inferiorem, liceat ſupplicare Superiori & reſcriptum impetrare contra adverſarium, ſi litigator faciat mentionem litis pendentis, commodè hîc quæri poteſt. Sed negativæ ſubſcribendum puto, *per l. 2. C. ut lit. pend.* quia regula de non tollendo jure quæſito procedit ſtante litis pendentia. *Fr. Hercul. c. 29. n. 178.* Diſſentiunt quamplurimi Dd. qui tamen, ut mihi videtur, intelligendi ſunt de iis caſibus, quibus jus litis pendentis non innovatur, neque alteratur. V. G. ſi ſupplicatur prohabenda copia actorum, vel Ordinarius requiſitus non faciat Juſtitiam *Br. in l. 3. C. ut lit. pend. Hercul. d. c. 29. n.* 186. Sub qua limitatione etiam Conſuetudinem Galliæ accipiendam eſſe autumo, qua Regi ſemper lite pendente poteſt ſupplicari, quæ ſupplicationes lettres d' eſtat dicuntur, ac reſcriptum ea forma concipitur, Non obſtant l eſtat du Procez, inſtruict, couchè en droict, & conclu, rigueur de droict, us, & couſtume de pays. *Papon. 3. notar. c. 8.*

LXIIX.

Ampl. 3. in recuſatione Judicis ſuſpecti. *c. ſecundò requiris & c. cum ſpeciali de appell. l. apertiſſimi C. de judic. Manfred. Concl.* 291. *Fr. Hercul. c. 29. n.* 217 Quia quando Judex ex juſta aliqua cauſa redditur ſuſpectus, interim ſuſpenditur ejus juriſdictio, quia recuſatione pendente, non poteſt ad aliquem actum procedere in illa cauſa & ſi procedit, proceſſus eſt nullus *Maranta p. 6. de app. n. 24.*

LXIX.

LXIX

Ampl. 4. in reſtitutione in integr. poſtulata *l.* 1. *& ibi Cujac. C. in integr. reſt. poſtul. nihil no. Dd. in c, ſuſcitata de reſtit. in int. Fr. Hercul. c.* 6. *n.* 18. *& c.* 79. *n.* 48. *Veſtr. in pract. lib.* 8. *n.* 15. Niſi fortè conſtet morandi tantùm animo reſtitutionem peti *d. c. ſuſcitata. Mynſing. Cent.* 1. *Obſ.* 48. *Lancellot. de attent. p.* 2. *c.* 18. *At Veſtrius d. l. n.* 16. *&* 17. hanc limitationem non generaliter veram eſſe putat, dum certis caſibus, etjam ſubſiſtente ſuſpicione malitiæ ſeu calumniæ retardaretur executio, utpote ſi executio non eſſet recuperabilis præjudicii, & præjudicium, quod per executionem fieret, non poſſet per cautionem præſervari.

LXX.

Ampl. 5. in Impetratione Judicis & Commiſſione cauſæ *c. ſuggeſtum. c. cauſam* 2. *de teſtib. Cardin. in Clem.* 2. *ut lit. pend. in* 3. *oppoſ* 4 *&* 5. *c. fin. in verb.* coram Judicibus de legatis, *ut lit. pend.* Apud Delegatum verò res ut litigioſa reddatur, requiritur primò præceſſiſſe literas ſupplices, quibus petitus ſit Judex delegatus, deinde quod ſecuta ſit commiſſio per reſcriptum, denique quod delegatus citationi inſerat verba reſcripti *Nov.* 112. *c.* 1. *in pr. & Auth. litigioſa. C. de litig.*

LXXI.

Ampl. 6. in Relatione & Conſultatione facta ſuperiori *l.* 1. *in verbo Conſultationis & verb. relatio C. de relat. l. ex eo C. de appell.* Cùm ſc. ſuper re dubia, ſuperior putà Princeps conſulitur, & quid ſervari in judicio velit, interrogatur. *c. intimaſti Ext. de app. VVeſemb. in parat. ff. de appell. n.* 4. Relatio enim ut ait *Maranta d. p.* 6. *de appell. n.* 10. eſt actus ſuſpenſivus, ſicut appellatio, Nam relatione pendente nihil innovari poteſt.

LXXII.

Ampl. 7. in conceſſa dilatione, Dilatione enim pendente officium Judicis conquieſcit *L. ſive pars* 3. *C. de dilat. c. ſignificante* 69. *de appell* Hinc ſi fuerit conceſſa moratoria vel quinquennalis, vel aliter conceſſa dilatio, & interim durante dilatione deventum ſit ad executionem, id revocari debet ut attentatum. *Boer. deciſ.* 296. *Hercul. c.* 29. *n.* 128.

LXXIII.

Ampl. 8. in facta avocatione, ubi ſuperior avocaverit cauſam ex certa ſcientia, attentata per Inferiorem, etiam ignorantem avocationem

ſunt nulla. *Hercul. c. 29. n. 47. Manfred. Concl.* 49. & Factum per Judicem poſt avocationem cauſæ, revocatur per viam attentati *Rebuff. in tr. de avoc. n.* 103. *Manfred. Concl.* 42. Hinc avocationem cauſæ magis afficere jurisdictionem Judicis inferioris ſcribit Gailius *lib.* 1. *Obſ.* 41. *n.* 2. quàm appellationem.

LXXIV.

Ampl. 9. in reductione laudi ad arbitrium boni viri, quando alterutra pars arbitri judicium iniquum eſſe contendit, & Judex ordinarius ejus, qui reductionem petit aditur. *Gail. lib.* 1. *Obſ.* 149 Quia petitio reducendi eſt qſ. provocatio quædam ad judicem competentem. *Mar. p. 6. de app. n.* 114. *Franc. in c. dilecto* §. *quartò limita de appell. Lancell. de attent. c.* 16. *n.* 10. *& ſeq.*

LXXV.

Ampl. 10. in cauſa nullitatis. Ea enim introducta operatur effectum ſuſpenſivum, ut interim, donec de nullitate cognoſcitur, non poſſit in negocio principali procedi, ſi videlicet nullitas talis eſt, quæ altiorem non requirit indaginem, ſed evidens & in promptu. *Br. in l. cum quærebatur ff. de re judic.* Quæ verò ſint evidentes ſive promptuariæ nullitates *Vid. Afflict. deciſ.* 283. *n.* 2. *Dd. in Clem.* 1. *de re judic.* In Camera tamen Imperialiali Inhibitio una cum citatione ſuper nullitate petita concedi non ſolet. *Andr. Gail. lib.* 1. *Obſ.* 127. *in fin.*

LXXVI.

Ampl. 11. in petita reviſione, Quia pendente reviſione, Executio ſententiæ Cameralis ſuſpenditur. Cammergr. R. Ordn. *p.* 3. *tit.* 53. §. Ob auch die *Reviſion, ibi,* ſondern mit *execution.* Abſchied des *Deputationtags* zu Speyr *de Anno* 1600. §. Als auch Streit/ *ibi das pendente reviſione* mit der *Execution. Bender. Concl.* 20. *p. tot. de Reviſ. Thom. Mich. de jurisd. th.* 34. & ita obſervatum fuiſſe in cauſa Borcken contra Brandeburg Anno 59. *ſcribit Gailius lib.* 1. *Obſ.* 154. *n.* 4

LXXVII.

Ampl. 12. In Leuteratione & Oberleuteraione interpoſita ſiquidem Conſuetudine Saxonica ibi ſententiæ ſuſpenduntur, quoad executionem, non ſecus ac per appellationem. *Conſtit. Elector.* 19. *p.* 1. *& ibi Dan. Moll.* Alias ac plures Ampliationes in præſentiarum, recenſendas omittimus, quæ ex Dd. paſſim depromi potis erunt.

LXXIIX.

LXXIIX.

Reſtat itaque, quò colophonem huic noſtræ disquiſitioni, impo- namus, ut non nulla de limitationibus breviter hic adducamus. Fallit ergò beneficium attentatorum 1. Si appellatio non legitimè fuerit interpoſita, Ita ut ſententia tranſiverit in rem judicatam, vel aliter negotium non fuerit devolutum ad Judicem ad quem, tunc enim per eum attentata non poſſunt revocari, ut evenit in caſu, quo fuit appellatum, ſed non petiti Apoſtoli *c. ab eo & in c. non ſolùm de appell. in 6.* 2. quando appellatio non fuerit proſecuta ſed deſerta. *c. adhac 27. c. pervenit 28. & c. cum ſpeciali 61. §. exceſſu quoq; verſic. quam ſi proſeq. de appell.* Perindè enim tum habetur ac ſi appellatum non fuiſſet. *Henning. Goeden. Conſ. 56. p. 4. Vant. de nullit. quoties &c. n. 49. Fr. Hercul. c. 30. n. 69.* Nec refert, utrum appellatio deſerta fuerit jure communi an jure ſtatutario, *Hier. Manfred. Concl. 74. & 96. & 118. & 360.* 3. generaliter in iis omnibus caſibus, in quibus de jure appellatio prohibita eſt, *c. non ſolum, in verb. exceptis de appell. in 6.* de quibus ſupra multis dictum fuit. 4. Quando notoriè conſtaret, de non jure potentis revocari attentata. *Fr. Hercul. c. 30. n. 74.* 5. Quando Appellans non habuerit poteſtatem appellandi. *Manfred. Concl. 19. Herculan. c. 30. n. 45.* 6. Quando coram notario ac teſtibus appellatum, nec illa appellatio Judici inferiori ac parti inſinuata fuerit, facta à Judice vel parte ante inhibitionē ſuperioris, non pro attentatis cenſenda. Cammerge R. Ordn. *p. 2. tit. 29.* §. Item ſo ſol einem jeden. 7. Quando articulus ſeparatus ſit à cauſa principali, nec connexitatem habet cum illa, *c. ſuper eo de appellat.* ubi Butrius ponit exemplum, Si appellet quis ab Expenſis, in quibus condemnatus fuit ratione Contumaciæ, tunc enim hujusmodi appellatio non obſtat, quo minùs procedatur in cauſa principali. 8. In appellatione Extrajudiciali, Judici partique non intimata, ob juſtam ignorantiæ cauſam, & quia nulla in ipſis temeritas argui poteſt. *Fr. Hercul. c. 30. n. 15. & 16.* 9. in tertio cauſam à contendentibus non habente 10. ſi appellans contra appellationem ſuam, vel Adverſarii ſui antea factam aliquid novaverit. *c. conſtitutis 23. de appell. in 6.* 11. ſi partes ipſæ novationem fieri conſentiant *gl. in c. ſignificaſti de appell. Socin. reg. 21. Dionyſ. Gothofr. in not. ad tit. ff. nihil nov. app. pend. lit. b.* 12. in ſententia contra adminiſtratorem loci Pii, qui non obſtante appellatione cogitur ad reddendam adminiſtrationem *Angel. in Auth. de ſanct. Epiſc. §. œconomos.* 13. in ſententia, lata in Syndicatu, quæ non ſuſpenditur per Appellationem *Paris de Puteo in tract. de Synd. in verb. appell. vel non.* 14. ſi appellans agat de præbenda, ſibi ante quam vacaſſet promiſſa, hoc enim caſu poteſt ea alii conferri, non obſtante appellatione *c. relatum 3. de conceſſ. præbend.* 15. Item ſi duobus præſentatis prior repulſus appellaverit, hoc

enim

enim caſu alterius inſtitutio, quamvis pendente appellatione facta valet *c. paſtoralis 29. de jure patron.* 16. in appellatione ab Electione à majore parte facta *c. 1. & c. ex ore 3. de his quæ fiunt à maj. parte.* 17. ſi ab interlocutoria appellatum, & inhibitio non inſecuta fuerit. *c. non ſolum 7. verſic. donec appellationis cauſſam de app. in 6.* 18. Quoties quis per modum continuationis quid faceret. *Gail. 1. Obſ. 147. n. 1.* Hinc omnia, quæ fieri poſſint lite pendente in prima inſtantia, non dicuntur attentata, ſi fiant in ſequentibus Inſtantiis *l. poſtquam §. Imperator ff. ut legat. nomine.* 19. Quando attentata non vergunt in præjudicium appellantis, ſed in favorem ejus, & in iis quæ tendunt ad faciliorem expeditionem Appellationis. V. G. Si Judex à quo pendente appellatione teſtes ſenio confectos vel valetudinarios ad perpetuam rei memoriam examinaverit. Viſitation Abſchied des 68. Jahrs. §. Als auch ferner. *Cuner. in addit. ad Cam. p. 3. tit. 29. circ. fin. Maranta p. 6. de app. n. 206.* vel ſi terminum ad præſentandam appellationem præfigeret *c. perſonas & c. cum ſit de appell.* Item ſi cùm ſubeſſet timor fugæ capturam decerneret, vel ſi timeretur de dilapidatione vel depopulatione fructuum veniretur ad ſequeſtrum *l. Imperatores 21. §. fin. de app. c. ab eo de ſequeſt. poſſ. & fruct. Mar. p. 6. de app. n. 181. Matth. Coler. de proceſſ. Execut. p. 1. c. 2. n. 110.* Indiſtinctè enim ſequeſtrationem permitti, ubicunque metus dilapidationis intervenit, notiſſimi juris eſt. Item ſi partem poſſidentem tueretur, ne turbaretur in ſua poſſeſſione *c. cum teneamur de app.* quia ſi contra poſſeſſorem fuiſſet attentatum, Judex à quo tunc procederet ad revocationem. *Maranta p. 6. de app. n. 194.* 20. Si Judex à cujus gravamine appellatum fuiſſet, illatum gravamen revocarit, quo caſu poſſit Judex à quo citare ad hoc gravatum appellantem, & non ſolùm revocare gravamen, ſed etiam revocato gravamine, ad ulteriora in cauſa principali procedere, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum *c. ſi Judice de app. lib. 6. c. cum ceſſante Ext. eod* Et hiſce impræſentiarum bono cum Deo, pedem figimus.

Paradoxa.

1. *Mirum non eſt ex ſerva ingenuum naſci.*
2. *Deteriorem facit condicionem, qui meliorem reddit.*
3. *Major numerus poteſt eſſe in paucioribus perſonis.*
4. *Deſinit etiam id, quod nunquam cœpit.*

COROL-

COROLLARIA.

1. Imperator noſter hodiernus Romano Germanicus, uti verus Monarcha, ita & verè legibus ſolutus eſt?

2. Imperator, vi ſupremæ poteſtatis, poteſt novo homini gratiam facere, & ita, ut etiam ad ludos Equeſtres zum Turniren / vel ad Collegia Canonica, præſertim ſuperiora auff die Hohen Stiffte admittatur, nobilitare?

3. In Electores Imperii Crimen læſæ Majeſtatis committitur.

4. Si Comes vel Dux ab Imperatore eſt bannitus, & ipſius bona cuidam alteri Comiti per Imperatorem conceſſa ſunt, & deinde Comes bannitus, ab Imperatore reſtitutus eſt, tunc non tantum recuperare poterit Comitatum, ſed etiam

vendicare ſua bona à Comite poſ-
ſidente?

5. Camera Imperialis in Jurisdictione criminali cum Imperatore non concurrit, exceptâ causâ fractæ pacis.

6. In Apanagio, Apennage Gallis dicto, *qui ſe baille aux enfans de France aultres que Daulphin pour entretenir leur eſtat, & maiſon*, non habet locum jus primogenituræ.

7. Quando *le mort ſaiſit le vif*, heres opus non habet apprehenſione corporali poſſeſſionis.

8. Inveſtitura ſimultanea & manus conjunctæ, die geſambte Handt differunt.

9. Feudum novum, conceſſum jure Feudi antiqui, nach Art vnd Eigenſchafft eines rechten alten Stam̃lehngutes/ regulatur ſecundùm naturam Feudi antiqui.

10. Doctores Bullati iisdem gaudent privilegiis, quibus promoti in Academiis.

11. Judices pedanei non habent Jurisdictionem.

12. Maſculi deſcendentes ex fœmina non ſuccedunt in Feudis.

13. Hamaxobii non habent formam reipublicæ.

14. Non omnium quæ à majoribus noſtris tradita ſunt, rationem reddi poſſe, & eorum quorum ratio reddi nequit, rationem dari poſſe, non abſurdum eſt.

ΠΑΡΕΡΓΑ.

1. An verum ſit, quod Carolus Emanuel, Sabaudiæ Dux dicere ſolitꝰ eſt, *Molto più ſicura coſa eſſere, per tener Soldati in ufficio L' autorità, che il denaro*, h.e. Magis ſecuram rem eſſe, ad retinendos milites in ſuis officiis, authoritatem quàm pecuniam.

2.

2. An verum ſit, quòd Monſieur de la Noue in ſuis diſcurſibus politicis ac militaribus, 6. diſcurſu ſcribit, *Que La lecture des liures d' Amadis ne ſoit moins pernicieuſe aux jeunes gens, que celle des liures de Machiauel aux vieux*, h. e. quod lectio librorum Amadis, non minus pernicioſa ſit Juventuti, quàm Machiavelli ſenibus.

3. An verum ſit, quod dixit Camillus Urſinus: *Che i Principi, che non s' intendono bene della fortificatione, parte importantiſsima della militia, non mai potranno regger bene gli ſtati loro.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE